This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

## Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

## About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

Digitized by Google

C 822
v. 34
pt. 1

Stanford Library
JUL 28 1951
STACKS

# CORPVS
# SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
# LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XXXIIII. pars I

## S. AVRELI AVGVSTINI OPERVM SECTIO II.

S. AVGVSTINI EPISTVLAE
pars I
EX RECENSIONE
AL. GOLDBACHER.

PRAGAE F. TEMPSKY
VINDOBONAE F. TEMPSKY
LIPSIAE G. FREYTAG
BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.
MDCCCLXXXXV.

Digitized by Google

# Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum.

*Vindobonae apud Tempsky bibliopolam.*

**VOL. XVI.** POETAE CHRISTIANI MINORES. (I. pars. Paulini Petricordiae carmina rec. *M. Petschenig*. Orientii carmina rec. *R. Ellis*. Paulini Pellaei Eucharisticos rec. *G. Brandes*, Claudii Marii Victoris Alethia et Probae cento. rec. *C. Schenkl*. 8 fl. 20 kr. = 16 M. 40 Pf.

**VOL. XVII.** CASSIANUS (I. pars.) Prolegomena. Institutionum libri XII. Contra Nestorium libri VII. Indices rec. *M. Petschenig*. 10 fl. 25 kr. = 20 M. 50 Pf.

**VOL. XVIII.** PRISCILLIANVS. rec. *G. Schepss*. 4 fl. 25 kr. = 8 M. 50 Pf.

**VOL. XIX.** L. CAELI FIRMIANI LACTANTI opera omnia, accedunt carmina eius quae feruntur et L. Caecilii qui inscriptus est de mortibus persecutorum liber. recensuerunt *S. Brandt* et *G. Laubmann*. Pars I diuinae institutiones et epitome diuinarum institutionum. rec. *S. Brandt*. 12 fl. 50 kr. = 25 M.

**VOL. XX.** QVINTI SEPTIMI FLORENT. TERTVLLIANI OPERA. rec. *A. Reifferscheid* et *G. Wissowa*. (I. pars). 7 fl. 80 kr. = 15 M. 60 Pf.

**VOL. XXI.** FAVSTI REIENSIS ET RVRICII OPERA. rec. *A. Engelbrecht*. 8 fl. = 16 M.

**VOL. XXII.** S. HILARII EPISCOPI PICTAVIENSIS tractatus super psalmos. rec. *Antonius Zingerle*. 12 fl. = 24 M.

**VOL. XXIII.** CYPRIANI GALLI POETAE Heptateuchos, accedunt incertorum de Sodoma et Iona et ad senatorem carmina et Hilarii quae feruntur in Genesin, de Maccabaeis atque de euangelio. rec. *Rudolfus Peiper*. 5 fl. = 10 M.

**VOL. XXIV.** GAI VETTI AQVILINI IVVENCI euangeliorum libri quattuor. rec. *Ioannes Huemer*. 3 fl. 60 kr. = 7 M. 20 Pf.

**VOL. XXV.** (**pars I**) S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. VI, p. 1: de utilitate credendi, de duabus animabus, contra Fortunatum, contra Adimantum, contra epistulam fundamenti, contra Faustum. rec. *Iosephus Zycha*. 10 fl. 20 kr. = 20 M. 40 Pf.

**VOL. XXV.** (**pars II**) S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. VI, p. 2: contra Felicem libri duo, de natura boni liber, Secundini Manichaei ad Sanctum Augustinum epistula, contra Secundinum liber. accedunt Evodii de fide contra Manichaeos et commonitorium Augustini quod fertur cum praefatione. rec. *Iosephus Zycha*. geh. 3 fl. 80 kr. = 7 M. 60 Pf.

**VOL. XXVI.** S. OPTATI MILEVITANI libri VII. Accedunt decem monumenta uetera ad Donatistarum historiam pertinentia. rec. *Carolus Ziwsa*. 4 fl. 80 kr. = 9 M. 60 Pf.

**VOL. XXVII.** L. CAELI FIRMIANI LACTANTI opera omnia, accedunt carmina eius quae feruntur et L. Caecilii qui inscriptus est de mortibus persecutorum liber. recensuerunt *S. Brandt* et *G. Laubmann*. Partis II Fasciculus I: libri de opificio dei et de ira dei carmina. fragmenta, uetera de Lactantio testimonia ed. *S. Brandt*. geh. 3 fl. 20 kr. = 6 M. 40 Pf.

**VOL. XXVIII.** S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. III p. 2:*) de genesi ad litteram libri duodecim, eiusdem libri capitula, de genesi ad litteram inperfectus liber, locutionum in Heptateuchum libri septem. rec. *Iosephus Zycha*. geh. 8 fl. 40 kr. = 16 M. 80 Pf.

**VOL. XXVIIII.** S. PONTII MEROPII PAVLINI NOLANI opera. Pars I. Epistulae. rec. *Guil. de Hartel*. 7 fl. 75 kr. = 15 M. 50 Pf.

**VOL. XXX.** S. PONTII MEROPII PAVLINI NOLANI op Pars II. Carmina. Indices voluminum XXVIIII et XXX. rec. *Guil. de Ha.* 7 fl. 50 kr. = 15

**VOL. XXXI.** S. EVCHERII LVGDVNENSIS opera omnia. Par Formulae spiritalis intellegentiae, instructionum libri duo, passio A nensium martyrum, epistula de laude Heremi, accedunt epistulae ab Sa et Hilario et Rustico ad Eucherium datae. rec. *Carolus Wotke*. 2 fl. 80 kr. = 5 M.

**VOL. XXXII.** AMBROSIVS. Pars I: Hexameron, de paradiso. Cain et Abel, de Noe, de Abraham, de Isaac, de bono mor saeculi, de Iacob. Ed. *C. Schenkl*.

---

*) Errore uolumen XXVIII ut Sect. III, **Pars I** signatum est; S. Augus Sect. III, pars 1 (= vol. XII) prostat apud Geroldi filium bibliopolam Vindo

Digitized by Google

Digitized by Google

# CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXIIII.

## S. AVRELI AVGVSTINI OPERVM SECTIO II.

S. AVGVSTINI EPISTVLAE

EX RECENSIONE

AL. GOLDBACHER.

---

PRAGAE
F. TEMPSKY

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

MDCCCLXXXXV.

Digitized by Google

# S. AVRELI AVGVSTINI

# HIPPONIENSIS EPISCOPI

# EPISTVLAE.

RECENSVIT

ET

COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

AL. GOLDBACHER.

---

PARS I.

PRAEFATIO. EP. I—XXX.

PRAGAE
F. TEMPSKY

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXV.

Digitized by Google

281.1
C822
v.34
pt.1

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

Digitized by Google

# I.

## HERMOGENIANO AUGUSTINUS.

1 Academicos ego ne inter iocandum quidem umquam lacessere auderem — quando enim me tantorum uirorum non moueret auctoritas? —, nisi eos putarem longe in aliam, quam uulgo creditum est, fuisse sententiam. quare potius eos imitatus sum, quantum ualui, quam expugnaui, quod omnino non ualeo. uidetur enim mihi satis congruisse temporibus, ut, si quid sincerum de fonte Platonico flueret, inter umbrosa [illegible]

O = *cod. Bodleianus Laud. misc. 133 s. X in. (deest finis inde a p. 2, 25* cum gratissimum).
P = *cod. Parisinus 12210 s. X.*
P¹ = *cod. Parisinus 2983 s. XII (initium tantum habet usque ad p. 2, 2* censuerim).
P² = *cod. Parisinus 1929 s. XIII.*
V = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
U = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

3 iocundum *U* lacessere, *corr. m. 1* lacescere *P¹* lacescere *LOPVU* 4 non tantorum uirorum *P²VU* uirorum *om. L* 5 moneret *V* (*corr.* moueret) *U* in aliã...... sententia (a *ras. ex* ã) *P* in alia....... sententia *edd.* 6 crediturum *P²* 7 quod] quia *P¹* 8 ualui *P¹* 10 dum et ęa *L* in pastionem *m* paucorum *P²* 11 ducerentur *U* 12 pecoribus *om. V (in marg. add.) U* 13 putare *P¹* 15 excogitatum, *corr.* excogitatam *U* occultandi *scripsi;* dei *codd. edd.;* tegendi *coni. Maurini; cf. contra Acad. II 10; 24. III 14; 38; 43* ueri artem] ueritatem *P¹U*



Digitized by Google

281.1
C822
v.34
pt.1

Digitized by Google

# I.

## HERMOGENIANO AUGUSTINUS.

1 Academicos ego ne inter iocandum quidem umquam lacessere auderem — quando enim me tantorum uirorum non moueret auctoritas? —, nisi eos putarem longe in aliam, quam uulgo creditum est, fuisse sententiam. quare potius eos imitatus sum, quantum ualui, quam expugnaui, quod omnino non ualeo. uidetur enim mihi satis congruisse temporibus, ut, si quid sincerum de fonte Platonico flueret, inter umbrosa et spinosa dumeta potius in possessionem paucissimorum hominum duceretur, quam per aperta manans inruentibus passim pecoribus nullo modo posset liquidum purumque seruari. quid enim conuenientius pecori est quam putari animam corpus esse? contra huius modi homines opinor ego illam utiliter excogitatam *occultan*di ueri artem atque rationem. hoc

*L* = *cod. Laudunensis 134 s. IX.*
*O* = *cod. Bodleianus Laud. misc. 133 s. X in. (deest finis inde a p. 2, 25* cum gratissimum).
*P* = *cod. Parisinus 12210 s. X.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 2983 s. XII (initium tantum habet usque ad p. 2, 2* censuerim).
$P^2$ = *cod. Parisinus 1929 s. XIII.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

3 iocundum *U* lacessere, *corr. m. 1* lacescere $P^1$ lacescere *LOPVU* 4 non tantorum uirorum $P^2VU$ uirorum *om. L* 5 moneret *V* (*corr.* moueret) *U* in aliā ...... sententia (a *ras. ex* ā) *P* in alia ....... sententia *edd.* 6 crediturum $P^2$ 7 quod] quia $P^1$ 8 ualui $P^1$ 10 dum et ęa *L* in pastionem *m* paucorum $P^2$ 11 ducerentur *U* 12 pecoribus *om. V (in marg. add.) U* 13 putare $P^1$ 15 excogitatum, *corr.* excogitatam *U* occultandi *scripsi;* dei *codd. edd.;* tegendi *coni. Maurini; cf. contra Acad. II 10; 24. III 14; 38; 43* ueri artem] ueritatem $P^1U$

autem saeculo cum iam nullos uideamus philosophos nisi forte amiculo corporis, quos quidem haud censuerim dignos tam uenerabili nomine, reducendi mihi uidentur homines, si quos Academicorum per uerborum ingenium a rerum comprehensione terruit sententia, in spem reperiendae ueritatis, ne id, quod eradicandis altissimis erroribus pro tempore accommodatum fuit, iam incipiat inserendae scientiae impedimento esse.

2 Tantum enim tunc uariarum sectarum studia flagrabant, ut nihil metuendum esset nisi falsi approbatio. pulsus autem quisque illis argumentis ab eo, quod se firmum et inconcussum tenere crediderat, tanto constantius atque cautius aliud quaerebat, quanto et in moribus erat maior industria et in natura rerum atque animorum altissima et implicitissima latere ueritas sentiebatur. tanta porro nunc fuga laboris et incuria bonarum artium, ut, simul atque sonuerit acutissimis philosophis esse uisum nihil posse comprehendi, dimittant mentes et in aeternum obducant. non enim audent uiuaciores se illis credere, ut sibi appareat, quod tanto studio ingenio otio, tam denique multa multiplicique doctrina, postremo uita etiam longissima Carneades inuenire non potuit. si uero etiam aliquantum obnitentes aduersum pigritiam legerint eosdem libros, quibus quasi ostenditur naturae humanae denegata perceptio, tanto torpore indormiscent, ut nec caelesti tuba euigilent.

3 Quam ob rem cum gratissimum habeam fidele iudicium tuum de libellis meis tantumque in te momenti ponam, ut nec error

1 philosophos (phi *in ras. 2 l.*) *P* 2 clanculo *codd.* amiculo *edd.* corporis quos] corpus putare animam *P*¹ aud, *corr.* haud *V* aut *P*²*U* laudem *P*¹ 3 reducentur *U* 4 per uerborum] peruersorum *f l s r* a rerum—sententia *om. LOP (m. 1? in marg. add.)* 5 terruit sententia] deterruisset *f l s r* deterruit sententia *m* 6 era*dicandis (*fuit* t) *P*² 9 tanto *U* 10 nil, *corr. (m. 1?)* nihil *L* 13 maior erat *edd.* 14 implicatissima *OP* (*corr.* implicitissima) *f l s r* 15 tanto *P* (*corr.* tanta) *P*² 20 etiam uita *P*² 22 obtinentes *O* aduersus *P*²*VU edd.* 24 tempore *P*²*VU* indormescent, *corr.* indormiscunt *P* indormiscunt *P*²*VU edd.* tubae uigilent *L* 26 momenti in te *P*²

Digitized by Google

in tua prudentia nec in amicitia simulatio cadere possit, illud magis peto diligentius consideres mihique rescribas, utrum adprobes, quod in extremo tertii libri suspiciosius fortasse quam certius, utilius tamen, ut arbitror, quam incredibilius putaui credendum. equidem, quoquo modo se habent illae litterae, non tam me delectat, ut scribis, quod Academicos uicerim — scribis enim hoc amantius forte quam uerius —, quam quod mihi abruperim odiosissimum retinaculum, quo a philosophiae ubere desperatione ueri, quod est animi pabulum, refrenabar.

## II.

### ZENOBIO AUGUSTINUS.

Bene inter nos conuenit, ut opinor, omnia, quae corporeus sensus adtingit, ne puncto quidem temporis eodem modo manere posse, sed labi, effluere et praesens nihil obtinere, id est, ut latine loquar, non esse. horum itaque amorem perniciosissimum poenarumque plenissimum uera et diuina philosophia monet frenare atque sopire, ut se toto animus, etiam dum hoc corpus agit, in ea, quae semper eiusdem modi sunt neque peregrino pulchro placent, feratur atque aestuet. quae cum ita sint et cum te uerum ac simplicem, qualis sine ulla sollicitudine amari potes, in semet ipsa mens

3 contra Acad. III 37—42

1 in tuam prudentiam nec in amicitiam *O edd.; cf. p. 24,14* 2 diligentius peto *VU* diligentius *om. P²* 4 ut] ut q, *sed* q *exp. U* ingredi uilius *L* 5 quidem, *corr.* equidem *P* quo *LPP²V* (*corr.* quoquo) *U* habent, *corr.* habeant *V* habeant *U edd.* 6 quod ut scribis *edd.* 7 scribes, *corr.* scribis *P* 8 quo] quod *VU* ab *edd.* 9 disputatione *U* 10 refrenabat *VU.*

*L = cod. Laudunensis 134 s. IX.*
*P = cod. Parisinus 12210 s. X.*
*P² = cod. Parisinus 1929 s. XIII.*
*V = cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U = cod. Vaticanus 499 s. XV.*

15 laui, *corr.* labi *P* et fluere *VU* 16 horum ** (*fuit* ee) *P* perniciosissimum amorem *P²VU edd.* 18 sop*ire *L* toto, *in marg.* ł totus *P* totus *P²VU f l s r* animos, *corr.* animus *P* 19 qui *L* 20 nec *edd.* placet, *corr.* placent *P* 21 te *om. P²* atque *VU*



Digitized by Google

uideat, fatemur tamen congressum istum atque conspectum tuum, cum a nobis corpore discedis locisque seiungeris, quaerere nos eoque, dum licet cupere fratribus. quod profecto uitium, si te bene noui, amas in nobis et, cum omnia bona optes carissimis et familiarissimis tuis, ab hoc eos sanare metuis. si autem tam potenti animo es, ut et agnoscere hunc laqueum et eo captos inridere ualeas, ne tu magnus atque alius. ego quidem quamdiu desidero absentem, desiderari me uolo. inuigilo tamen, quantum queo, et nitor, ut nihil amem, quod abesse a me inuito potest. quod dum officio, commoneo te interim, qualiscumque sis, inchoatam tecum disputationem perficiendam, si curae nobismet ipsis sumus. nam eam cum Alypio perfici nequaquam sinerem, etiam si uellet. non uult autem; non enim est humanitatis eius non mecum operam dare, ut in quam multis possemus litteris te nobiscum teneamus nescio qua necessitate fugientem.

## III.

### NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1 Utrum nescio quo, ut ita dicam, blandiloquio tuo factum putem, an uere ita se res habeat, incertum apud me est.

3 eoque (o *ex corr. et* que *s. u.*) *P* eaque $P^2V$ (*corr.* eãque) *U* (que *s. u. m. 1*) fratribus *om. P (sed ras. 3—4 l. ante* quod *in sinistro marg.)* $P^2VU$ *edd.* profectum $P^2$ 4 in nobis si te bene noui amas *U* 5 sanari $PP^2VU$ *edd.* 6 tam *om. VU* et *om. VU* 8 qu//////am diu (oni *eras. uid.*) *V* quoniam diu *U* 9 enitor *P edd.* ut] et, *corr.* ut *P* 10 inuitato (ta *exp.*) *P* quod dum, *corr.* quocum *P* quod cum *f l s* quocum $P^2VU$ *r m.* 11 ammoneo $P^2$ admoneo *VU* 12 proficiendam *L* 13 perfici alippio *VU* 15 non] nunc $P^2VU$ *edd.*

*P = cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M = cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F = cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A = cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*$P^1$ = cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R = cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

Incipit nebridio augustinus *P* 20 se res ita *R* ita *s. u. m. 1 M*

Digitized by Google

nam repente accidit nec satis deliberatum est, quatenus debeat committi fidei. expectas, quid istuc sit. quid censes? prope persuasisti mihi non quidem beatum esse me, nam id solius sapientis praedium est, sed certe quasi beatum, ut dicimus hominem quasi hominem in comparatione hominis illius, quem Plato nouerat, aut quasi rotunda et quasi quadra ea, quae uidemus, cum longe ab eis absint, quae paucorum animus uidet. legi enim litteras tuas ad lucernam iam cenatus; proxime erat cubitio, sed non ita etiam dormitio; quippe diu mecum in lecto situs cogitaui atque has loquelas habui Augustinus ipse cum Augustino: Nonne uerum est, quod Nebridio placet, beatos nos esse? non utique; nam stultos adhuc esse nec ipse audet negare. quid, si etiam stultis beata uita contingit? durum! quasi uero parua uel alia ulla miseria sit quam ipsa stultitia. unde ergo illi uisum est? an lectis illis libellis etiam sapientem me ausus est credere? non usque adeo temeraria est laetitia gestiens praesertim hominis, cuius quanti ponderis consideratio sit, bene nouimus. illud igitur est: scripsit, quod nobis putauit dulcissimum fore, quia et illi dulce factum est, quicquid posuimus in illis litteris, et scripsit gaudens nec curauit, quid committendum gaudenti calamo esset. quid? si Soliloquia legisset? laetaretur multo exundantius nec tamen reperiret plus aliquid, quod me appellaret, quam beatum. cito ergo summum nomen effudit in me

1 debeat *s. u. m. 1 M* 2 istut *M* ictus, *m. 2* istud $P^1$ istud *R edd. praeter m* sit] sic *P* 3 persuasti *A* me esse *M* 4 praesidium *R* dicis *M* 6 rotunda et] rotundę *MA* rotunda e (*m. 1 corr.* et) *F* retunda///// (t *eras.?*) $P^1$ rotunda *R* quadra ea quae] quadreaq; *M* 7 absit *P* 8 proxima *PR edd. praeter m* 9 cubatio *A* quippe] itaque *R* 10 situs in lecto *M* lectulo *R* 11 ipse *om. R* cum, *om., m. 2 add.* $P^1$ non, *corr. m. 1* nonne *P* 12 non] n̄* (a *eras.*) *M* stultus *M* (*m. 2* stultos) *FA* 13 ne, *corr. m. 1* nec *F* stultis, *m. 2 super* is *add.* ł o $P^1$ uita beata *R* 14 quia si *A* uel alia miseria *A* uel in illa miseria *R* 15 stultia, *m. 2* stultitia *A* 16 me sapientem *R* 17 praesertis *F* praesentis *MAR* (*m. ut uid. 1 supra* ł presertim) 19 est *del. m. 2* $P^1$ scribit *A* quod***nobis (*fuit* non) *P* 22 soliloquialoquia (*alterum* loquia *del.*) *P* 23 exultantius *M*

Digitized by Google

nec sibi aliquid reseruauit, quod de me laetior adseueret. uide, laetitia quid faciat.

2 Sed ubi est ista beata uita? ubi? ubinam? o si ipsa esset repellere atomos Epicuri! o si ipsa esset scire nihil deorsum esse praeter mundum! o si ipsa esset nosse extrema sphaerae tardius rotari quam medium! et alia similia, quae similiter nouimus. nunc uero quomodo uel qualiscumque beatus sum, qui nescio, cur tantus mundus sit, cum rationes figurarum, per quas est, nihil prohibeant esse, quanto quis uoluerit, ampliorem? aut non mihi diceretur, immo non cogeremur confiteri corpora in infinitum secari, ut a certa uelut basi in quantitatem certam certus corpusculorum numerus surgeret? quare cum corpus nullum esse minimum sinitur, quo pacto esse sinamus amplissimum, quo amplius esse non posset, nisi forte illud, quod aliquando Alypio dixi occultissime, habet magnam uim, ut, quoniam numerus ille intellegibilis infinite crescit, non tamen infinite minuitur — nam non eum licet ultra monadem resoluere —, contra sensibilis — nam quid est aliud sensibilis numerus nisi corporeorum uel corporum quantitas? — minui quidem infinite, sed infinite crescere nequeat. et ideo fortasse merito philosophi in rebus intellegibilibus diuitias ponunt, in sensibilibus egestatem.

1 de me] de me aliquid *P* laetiora seruaret *R* 2 uide quid letitia quid faciat *M* uidete quid faciat laetitia *R* 3 uita beata *R* 4 repelleret atomos epicuri *P edd.* repellere totamo sepicuri (*m. 2* totum os epicuri) *M* reppelleret totamos epicuri *F* repellere totamos (*m. 1? corr.* repelleret atamos) epicuri *A* repelleret (t *eras., m. 2 supra add.*) atomose picuri (*m. 2* athomos epicuri) *P*[1] repelleret otamos (*m. 1 supra* ł athamos) epicuri *R* scire (*super* e *tenuis uirgula semirasa*) nihil *M* scire (*m. 2* sciret) nihil *P*[1] nichil sciret *R* sciret nihil *edd.* 5 mundū* (*fuit* m) *P* nosse, *m. 2* nosset *P*[1] nosset *R edd.* extrema* (*fuit* s) spherae tardius *P* extrema ////////// (*ras. 4—5 l.*) tardius *A* extrema spere thardius (h *del. m. 2*) *P*[1] fere tardius extremas *R* 8 tandus, *m. 2* tantus *M* sit mundus *A* 10 aut quomodo non *f l r m* 11 conferi *MF* confiteri* *P*[1] uasi *F* uas *MA* (*m. 2* basi) tuasi, *m. 2* basi *P*[1] 14 sinamus esse *R edd. praeter a;* esse sinamus esse *a* non *om. A* possit *edd.* 15 Alypio aliquando *edd.* 16 magnam uim] magnamū *F* magnanimū *MA* 17 licet eum *R* 21 meri *P* 22 sensigibilibus (g *exp.*) *M*

Digitized by Google

quid enim aerumnosius quam minus atque minus semper posse fieri? quid ditius quam crescere, quantum uelis, ire, quo uelis, redire, cum uelis, quousque uelis, et hoc multum amare, quod minui non potest? quisquis namque intellegit istos numeros, nihil sic amat ut monadem; nec mirum, cum per eam fiat, ut ceteri amentur. sed tamen cur tantus est mundus? poterat enim esse uel maior uel breuior. nescio; tale est enim. et cur hoc loco potius quam illo? nec in ea re debet esse quaestio: ubi quicquid esset, quaestio esset. unum illud multum mouebat, quod infinite corpora secarentur, cui fortasse responsum est de ui contraria intellegibilis numeri.

3 Sed expecta; uideamus, quid sit hoc nescio quid, quod suggeritur menti. certe sensibilis mundus nescio cuius intellegibilis imago esse dicitur. mirum est autem, quod in imaginibus uidemus, quas specula referunt; nam quamuis ingentia specula sint, non reddunt maiores imagines, quam sunt corpora etiam breuissima obiecta. in paruis autem specillis sicut in pupillis oculorum etsi magna facies sese opponat, breuissima imago pro modo speculi formatur. ergo et imagines corporum minui licet, si specula minuantur; augeri, si augeantur, non licet. hic profecto aliquid latet. sed nunc dormiendum est. neque enim Nebridio beatus quaerendo uideor, sed fortasse aliquid inueniendo. id autem aliquid

1 quam minus atque semper *P* 2 di*ti, *m. 1 add.* us; *in ras. fuisse uid.* u $P^1$ 3 uelis redire cum uelis] uelis | uelis (*alterum* uelis *del. m. 2*) *M* 4 intelliget *P* 5 sic *om. MFAR* ut] ut ad (ad *del. m. 2*) $P^1$ 6 ceteri *ras. ex* cetere *A* 8 quam in illo *P* 9 quicquid esse *M* (*m. 2* quicquid esset) *FA a* 10 illū *M* 11 de uico contraria *MA* intellegibiles, *corr.* (*m. 1?*) intellegibilis *P* 12 quid sit] quod sit, *corr. m. 1* quid sit *F* 13 intellegibilis] sensibilis *R* 14 autem est *edd.* 15 qua se specula referunt *R* quae specula referunt *PFAP*$^1$ *edd. praeter m* quae speculare (*m. 2* specula re) fuerunt *M* 16 sunt *MFAR* 17 etiam] etiam si *R* obiecta] obiecta sunt *MFAR* prauis *F* specillis, *m. 2* l ulis *super* illis $P^1$ specib; (*m. 1 in marg.* N̄. specellis) *P* speculis *MFAR edd. praeter m* 18 sese] esse *A* 20 minuuntur *A*

Digitized by Google

quid est? an illa ratiocinatio, cui tamquam unicae meae blandiri soleo et ea me nimis oblectare?

4 Unde constamus? ex animo et corpore. quid horum melius? uidelicet animus. quid laudatur in corpore? nihil aliud uideo quam pulchritudinem. quid est corporis pulchritudo? congruentia partium cum quadam coloris suauitate. haec forma ubi uera melior, an ubi falsa? quis dubitet, ubi uera est, esse meliorem? ubi ergo uera est? in animo scilicet. animus igitur magis amandus quam corpus. sed in qua parte animi est ista ueritas? in mente atque intellegentia. quid huic aduersatur? sensus. resistendum ergo sensibus totis animi uiribus liquet. quid si sensibilia nimium delectant? fiat, ut non delectent. unde fit? consuetudine his carendi appetendique meliora. quid si moritur animus? ergo moritur ueritas aut non est intellegentia ueritas aut intellegentia non est in animo aut potest mori aliquid, in quo aliquid inmortale est. nihil autem horum fieri posse Soliloquia nostra iam continent satisque persuasum est; sed nescio qua consuetudine malorum territamur atque titubamus. postremo etiam si moritur animus, quod nullo modo fieri posse uideo, non esse tamen beatam uitam in laetitia sensibilium hoc otio satis exploratum est. his rebus fortasse atque talibus Nebridio meo si non beatus, at certe quasi beatus uideor. uidear et mihi; quid inde perdo aut cur parcam bonae opinioni? haec mihi dixi; deinde oraui, ut solebam, atque dormiui.

5 Haec placuit scribere tibi. delectat enim me, quod mihi gratias agis, si nihil te, quod in buccam uenerit, celem, et

17 II 33

1 quidē an *A* quod est ante *P*¹ 2 ea me nimis] eam enimis *M* ea nimis *A* oblectari *AR* 3 ex] et *A* anima, *m. 2* animo *P* 4 laudant *m* 7 meliora nubi, *m. 2* melior an ubi *P*¹ meliora ubi *M* dubitet et ubi *MFA a* est *om. P*¹ 9 amandus est quam *m* 10 ista est *f l r m* atque] atque in *M* 12 delectent *R* fiant *M* 13 fit] fit ut *M* sit *A* iis *f l r m* 14 si] si non (non *del. m. 2*) *A* 16 in quo aliquid *om.* (*m. 2 add.* q̧ ) *A* 17 /////fieri (*ras. 1—2 l.*) *P*¹ 19 titubal/////mus (*ras. 1—2 l.*) *P* 20 posse fieri *R edd.* 21 in laetitiā *M* (∼ *eras.*) *FAP*¹ (∼ *eras.*) 23 uidear] uideri *P* boni *MF* bone *A* 25 delectet, *m. 2* delectat *P*¹ 26 si] sed *MFA* in bucca *M* cedem *F*

Digitized by Google

gaudeo, quia sic tibi placeo. apud quem igitur libentius ineptiam, quam cui displicere non possum? at si in potestate fortunae est, ut hominem amet homo, uide quam beatus sim, qui de fortuitis tam multum gaudeo et talia bona, fateor, desidero mihi ubertim adcrescere. fortunae autem bona uerissimi sapientes, quos solos beatos fas est uocari, nec timeri uoluerunt nec cupi — an cupiri? tu uideris. et belle accidit. nam uolo me declinationis huius gnarum facias. cum enim adiungo uerba similia, incertior fio. nam ita est cupio ut fugio, ut sapio, ut iacio, ut capio; sed utrum fugiri an fugi, utrum sapiri an sapi sit modus infinitus, ignoro. possem adtendere iaci et capi, ni uererer, ne me caperet et pro ludibrio iaceret, quo uellet, qui iactum et captum aliud, *aliud* fugitum, cupitum, sapitum esse conuinceret. quae item tria utrum paenultima longa et inflexa, an graui breuique pronuntianda sint, similiter nescio. prouocauerim te ad epistulam longiorem; peto, ut paulo diutius te legam. nam non queo tantum dicere, quantum uolupe est legere te.

## IIII.

### NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1 Mirum admodum est, quam mihi praeter spem euenerit, quod, cum requiro, quibus epistulis tuis mihi respondendum

2 ineptia *FAR* 3 homo amet hominem *R* 5 fortuna *R* 6 sapientis *M* timere *P* 7 uelle *PMFA a* 10 iaceo, *m. 2* iacio *P* 11 modus sit *P* infinitus, *m. 2* infinitiuus $P^1$ infinitiuus *R* possum *M* 12 uerer, *m. 2* uererer *P* 13 quod *F* qui] qui aliud *f l r m* iactam, *corr. m. 1* iactum *M* actum *F* aliud *duplicaui* 14 que* (*fuit* m) *P* 15 peneultima *MF* paen*ultima (*fuit* e) $P^1$ con, *m. 2* an $P^1$ 16 prouocarim *R* 17 que*o (s *eras.*) tantum *M* quae sotantum *F* queso tantum *A* queso tantum *R* 18 uoluptas *A*$P^1$ (*m. 2* uolupe).

*L = cod. Laudunensis 134 s. IX.*
*P = cod. Parisinus 12210 s. X.*
*R = cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*$P^1$ = cod. Parisinus 1928 s. XII.*
*V = cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U = cod. Vaticanus 499 s. XV.*

20 *Inscriptionem om. R$P^1$ edd. praeter m*

Digitized by Google

remanserit, unam tantum inueni, quae me adhuc debitorem teneret, qua petis, ut tanto nostro otio, quantum esse arbitraris tecum aut nobiscum cupis, indicemus tibi, quid in sensibilis atque intellegibilis naturae discernentia profecerimus. sed non arbitror occultum tibi esse, si falsis opinionibus tanto quisque inseritur magis, quanto magis in eis familiariusque uolutatur, multo id facilius in rebus ueris animo accidere. ita tamen paulatim ut per aetatem proficimus. quippe cum plurimum inter puerum et iuuenem distet, nemo a pueritia cotidie interrogatus se aliquando iuuenem dicet.

2 Quod nolo in eam partem accipias, ut nos in hïs rebus quasi ad quandam mentis iuuentutem firmioris intellegentiae robore peruenisse existimes. pueri enim sumus, sed, ut dici adsolet, forsitan belli; et non male. nam plerumque perturbatos et sensibilium plagarum curis refertos illa tibi notissima ratiuncula in respirationem leuat, mentem atque intellegentiam oculis et hoc uulgari aspectu esse meliorem. quod ita non esset, nisi magis essent illa, quae intellegimus, quam ista, quae cernimus. cui ratiocinationi utrum nihil ualide inimicum sit, peto mecum consideres. hac ego interim recreatus cum deo in auxilium deprecato et in ipsum et in ea, quae uerissime uera sunt, adtolli coepero, tanta non numquam rerum manentium praesumptione compleor, ut mirer interdum illa mihi opus esse ratiocinatione, ut haec esse credam, quae

2 quae *L* petes, *corr.* petis *P* 3 quid insensibilis *R*$P^1$ *edd. praeter m* 4 atque] aut, *m. 2 in marg.* aꝉr atque *U* discernenti a *P* proficeremus *LR* (*m. 1 supra* ꝉ profecerimus) proficemus, *corr.* proficeremus, *iterum corr.* profecerimus *P* 6 inseritur magis] inseritur *R*$P^1$ *edd. praeter m* 8 aetatem] hominem $P^1$ 10 se *om. VU* dicat, *corr.* dicit *L ante* dicet *s. u. add.* ñ *P* 11 uolo *P* (*corr.* nolo) *VU* 13 robur *U* su*mus *P* sumus *om. R* (*in fine u.*) $P^1$ *a e* 14 solet *L* male, *corr.* mali *P* mali *VU f l r m* nam *om. L* 15 *post* refertos *m. 1 in marg. add.* mentis oculos *P* refertos mentis oculos *VU l r m* 16 in respiratione *LR*$P^1$*VU a* 17 non ita *R*$P^1$ *edd.* 19 ualde *VU* 20 consideris, *corr.* consideres *P* hac] ec *L* haec *P* (e *eras.*) $P^1$ ergo *VU* 21 deprecationem *LP* (*corr.* deprecato) *R*$P^1$ *a e; fortasse* deprecatione inuocato *(cf. Quint. IV prooem. § 5)* in id ipsum *L* 24 esse haec (*signis corr.*) $P^1$

Digitized by Google

tanta insunt praesentia, quanta sibi quisque ipse fit praesens. recole tu quoque; nam te fateor huius rei esse diligentiorem, ne quid forte nesciens rescriptis adhuc debeam. nam mihi non facit fidem tam multorum onerum, quae aliquando numeraueram, tam repentina depositio. quamuis te accepisse litteras meas non dubitem, quarum rescripta non habeo.

## V.

### AUGUSTINO NEBRIDIUS.

Itane est, mi Augustine? fortitudinem ac tolerantiam negotiis ciuium praestas necdum tibi redditur illa exoptata cessatio? quaeso, qui te tantum bonum homines interpellant? credo, qui nesciunt, quid ames, quid concupiscas. nullusne tibi est amicorum, qui eis amores referat tuos? nec Romanianus nec Lucinianus? me certe audiant. ego clamabo, ego testabor te deum amare, illi seruire atque inhaerere cupere. uellem ego te in rus meum uocare ibique adquiescere. non enim timebo me seductorem tui dici a ciuibus tuis, quos nimium amas et a quibus nimium amaris.

## VI.

### AUGUSTINO NEBRIDIUS.

1 Epistulas tuas perplacet ita seruare ut oculos meos. sunt enim magnae non quantitate sed rebus et magnarum rerum

1 quanto *LP* (*corr.* quanta) *RP*[1] *edd. praeter m* ipse *om. edd.* sit *RP*[1] *edd.* 3 debebam *P*[1] 4 non facit] conficit *RP*[1] *a.*

*L* = *cod. Laudunensis 134 s. IX.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*P*[1] = *cod. Parisinus 12210 s. X.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

8 *Inscriptionem om. R edd. praeter m* nembridius *P* 9 mi *om. P* 10 et optata *L* 11 que, *corr.* qui *P*[1] tam *edd.* bonum] bonum inter (inter *exp.*) *P*[1] 12 ames et quid *P* 13 ibi *P* 14 lucilianus *P* lucianus *R a e; cf. p. 23, 8* 16 tibique *P* 18 a] in *R a.*

*Idem codices, qui in ep. V.*

20 *Inscriptionem om. R* nebridius augustino *LP*[1] augustinus, *corr.* augustino *P* nembridius *P*

Digitized by Google

magnas continent probationes. illae mihi Christum, illae Platonem, illae Plotinum sonabunt. erunt igitur mihi et ad audiendum propter eloquentiam dulces et ad legendum propter breuitatem faciles et ad intellegendum propter sapientiam salubres. curabis ergo, quod tuae menti sanctum bonumque fuerit uisum, me docere. his autem litteris respondebis, cum de phantasia et memoria subtilius aliquid disputaris. mihi enim ita uidetur, quod, quamuis non omnis phantasia cum memoria sit, omnis tamen memoria sine phantasia esse non possit. sed dices: Quid, cum recordamur nos intellexisse aut cogitasse aliquid? contra haec ego respondeo et dico propterea hoc euenisse, quia, cum intelleximus uel cogitauimus corporeum ac temporale aliquid, genuimus, quod ad phantasiam pertinet; nam aut uerba intellectui cogitationibusque nostris adiunximus, quae uerba sine tempore non sunt et ad sensum uel phantasiam pertinent, aut tale aliquid noster intellectus cogitatioue passa est, quod in animo phantastico memoriam facere potuisset. haec ego inconsiderate ac perturbate, ut soleo, dixi; tu explorabis et falso reiecto ueritatem in litteris conferes.

2 Audi aliud: cur, quaeso te, non a se potius quam a sensu phantasiam habere omnes imagines dicimus? potest enim, quem ad modum noster animus intellectualis ad intellegibilia sua uidenda a sensu admonetur potius quam aliquid accipit, ita et phantasticus animus ad imagines suas contemplandas a sensu admoneri potius quam aliquid adsumere. nam forte

1 continet *P* 2 sonabant *R* 4 faciles (facil *ex corr. m. ut uid. 2; fuitne* felic*?*) *P* 5 quod] propter quod *P* bonumue *edd.* 7 disputaris, *corr. m. 1* disputaueris $P^1$ disputaueris *R* 10 dicis *P edd.* 11 hoc *P* propter *P* 12 corporeum—genuimus *om. R* corporeum coloreum hac temporale *P* 13 ad *om., m. 1 add.* $P^1$ 14 nam—pertinent *om. L* intellectu $P^1$ 16 intellectus noster *edd.* 17 cogitatione *PR edd.* passus est *edd.* memoria *P* 18 potuissent $LP^1R$ ergo *P* hac *P* 19 falso] facto *R* littera *P* 20 conferis $LP^1$ (*corr.* conferes) 23 noster] nos $LP^1R$; *om. edd.* intellectual†s († *littera corrigendo corrupta*) *P* 25 contemplendas *L*

Digitized by Google

inde contingit, ut ea, quae sensus non uidet, ille tamen aspicere possit. quod signum est in se et a se habere omnes imagines. de hac re quoque, quid sentias, respondebis.

## VII.

### NEBRIDIO AUGUSTINUS.

I 1 Prooemio supersidam et cito incipiam, quod me iam iamque uis dicere, praesertim non cito desiturus. memoria tibi uidetur nulla esse posse sine imaginibus uel imaginariis uisis, quae phantasiarum nomine appellare uoluisti; ego aliud existimo. primum ergo uidendum est non nos semper rerum praetereuntium meminisse, sed plerumque manentium. quare cum sibi memoria praeteriti temporis uindicet tenacitatem, constat eam tamen partim eorum esse, quae nos deserunt, partim eorum, quae deseruntur a nobis. nam cum recordor patrem meum, id utique recordor, quod me deseruit et nunc non est; cum autem Carthaginem, id quod est et quod ipse deserui. in utroque tamen horum generum praeteritum tempus memoria tenet. nam et illum hominem et istam urbem ex eo, quod uidi, non ex eo, quod uideo, memini.

2 Hic tu fortasse quaeris: Quorsum ista? praesertim cum animaduertas utrumlibet horum non posse in memoriam uenire nisi uiso illo imaginario. at mihi satis est sic interim ostendisse posse dici earum etiam rerum, quae nondum interierunt, memoriam. uerum quid me adiuuet, facito intentius accipias.

1 contigit *P* uidit *P* 2 habere] habere uidere *P* 3 quoque uide quid *P* respondebis *om. L.*

*Idem codices, qui in ep. V et VI.*

5 *Inscriptionem om. R* augustinus nebridio $LP^1$ *edd. praeter m* nembridio *P* 6 premio, *corr.* proemio $P^1$ proemio *LR* primo, *corr. m. ut uid. 1* proymio *P* 7 desituras *P* nulla uidetur *edd.* 9 ęstimo *P* 13 e////am (ti *eras.?*) $P^1$ deserint, *corr.* deserunt $P^1$ 17 deser ** (ui *in marg. add.*) $P^1$ horum generis *P* generum horum *edd.* 18 et *om. P* et istam] ex istam *P* orbem, *corr.* urbem $P^1$ 20 quorsum] cur rursum *P* 23 dici earum rerum etiam earum rerum quae *P* intereunt $LP^1R$ interire *P* interierunt *edd.* 24 intentus $P^1R$ *edd.*

Digitized by Google

nonnulli calumniantur aduersus Socraticum illud nobilissimum inuentum, quo adseritur non nobis ea, quae discimus, ueluti noua inseri, sed in memoriam recordatione reuocari, dicentes memoriam praeteritarum rerum esse, haec autem, quae intellegendo discimus, Platone ipso auctore manere semper nec posse interire ac per hoc non esse praeterita. qui non adtendunt illam uisionem esse praeteritam, quia haec aliquando mente uidimus; a quibus quia defluximus et aliter alia uidere coepimus, ea nos reminiscendo reuisere, id est per memoriam. quam ob rem si, ut alia omittam, ipsa aeternitas semper manet nec aliqua imaginaria figmenta conquirit, quibus in mentem quasi uehiculis ueniat, nec tamen uenire posset, nisi eius meminissemus, potest esse quarundam rerum sine ulla imaginatione memoria.

II 3 Iam uero quod tibi uidetur anima etiam non usa sensibus corporis corporalia posse imaginari, falsum esse conuincitur isto modo. si anima, priusquam corpore utatur ad corpora sentienda, eadem corpora imaginari potest et melius, quod nemo sanus ambigit, affecta erat, antequam his fallacibus sensibus implicaretur, melius afficiuntur animae dormientium quam uigilantium, melius phreneticorum quam tali peste carentium; his enim afficiuntur imaginibus, quibus ante istos sensus uanissimos nuntios afficiebantur, et aut uerior erit sol, quem uident illi, quam ille, quem sani atque uigilantes, aut erunt ueris falsa meliora. quae si absurda sunt, sicuti sunt, nihil est aliud illa imaginatio, mi Nebridi, quam plaga inflicta per sensus, quibus non, ut tu scribis, commemoratio quaedam fit, ut talia formentur in anima, sed ipsa huius falsitatis inlatio siue, ut expressius dicatur, inpressio. quod

1 socrati cum $P^1$ 2 quo] quod $P$ 5 adiutore $P$ 7 qua $P$ *edd.* 8 uidimus mente *edd.* a quibus] aliquibus $P$ 9 ea] et $LP^1$ (*m. 1 corr.* ea) $R$ reuis*ere (*fuit* c) $P^1$ per] in $P$ 10 si*ut (*fuit* c) $P^1$ alio mittam, *corr.* alia omittam $P^1$ 15 animā $R$ non usa] ñ uisa *in ras.* (*m. 2 ?*) $P^1$ 19 effecta $PR$ 24 iste $P$ 25 sicuti sunt *om.* $L$ *a e* 26 nembridi $P$ 27 per] in $P$ quibus//////non (ut *eras. ?*) $P^1$ scribes, *corr.* scribis $P^1$

Digitized by Google

sane te mouet, qui fiat, ut eas facies formasque cogitemus, quas numquam uidimus, acute mouet. itaque faciam, quod ultra solitum modum hanc epistulam porrigat, sed non apud te, cui nulla est pagina gratior, quam quae me loquaciorem adportat tibi.

4 Omnes has imagines, quas phantasias cum multis uocas, in tria genera commodissime ac uerissime distribui uideo, quorum est unum sensis rebus inpressum, alterum putatis, tertium ratis. primi generis exempla sunt, cum mihi tuam faciem uel Carthaginem uel familiarem quondam nostrum Uerecundum et si quid aliud manentium uel mortuarum rerum, quas tamen uidi atque sensi, in se animus format. alteri generi subiciantur illa, quae putamus ita se habuisse uel ita se habere, uel cum disserendi gratia quaedam ipsi fingimus nequaquam impedientia ueritatem uel qualia figuramus, cum legitur historia et cum fabulosa uel audimus uel componimus uel suspicamur. ego enim mihi, ut libet atque ut occurrit animo, Aeneae faciem fingo, ego Medeae cum suis anguibus alitibus iunctis iugo, ego Chremetis et alicuius Parmenonis. in hoc genere sunt etiam illa, quae siue sapientes aliquid ueri talibus inuoluentes figuris siue stulti, uariarum superstitionum conditores, pro uero adtulerunt, ut est tartareus Phlegethon et quinque antra gentis tenebrarum et stilus septentrionalis continens caelum et alia poetarum atque haereticorum mille portenta. dicimus etiam inter disputandum: puta esse tres super inuicem mundos, qualis hic unus est,

1 qui] quid *R* 5 adportat tibi] adportaui *P* apportat sibi (*corr.* tibi) $P^1$ 8 sensis, *corr.* sensibilibus $P^1$ impressus, *corr.* impressum $P^1$ 10 nostram, *corr.* nostrum $P^1$ 11 aliud mentium manentium (mentium *exp.*) $P^1$ 12 in se *om.* *P* 13 subiiciuntur *m* 14 uel cum] uelut cum *edd.* 16 legimus historias *m* storia $PP^1$ (*corr. m. 1* historia) uel audimus] cum audimus *P* 18 aenae *P* 19 anguibus] and̄ quibus *P* anguinibus (ni *exp.*) $P^1$ unguibus *R* altibus, *corr.* alitibus $P^1$ iuncti $LP^1$ (*corr.* iunctis) *R* iugum *P* iugo, *corr.* iungo $P^1$ crementis *P* 21 uiri, *corr.* ueri $P^1$ uariarum////// $P^1$ 23 fleton *P* 25 etiam] et tamen $LP^1$ (*m. 1 corr.* ea tamen) *R* tamen et *edd.* 26 tres *om.* *R* mundus, *corr.* mundos $P^1$

Digitized by Google

et: puta quadrata figura terram contineri. et similia. haec enim omnia, ut se cogitationis tempestas habuerit, fingimus et putamus. nam de rebus, quod ad tertium genus adtinet imaginum, numeris maxime atque dimensionibus agitur, quod partim est in rerum natura, cum totius mundi figura inuenitur et hanc inuentionem in animo cogitantis imago sequitur, partim in disciplinis tamquam in figuris geometricis et rhythmicis musicis et infinita uarietate numerorum. quae quamuis uera, sic ut ego autumo, comprehendantur, gignunt tamen falsas imaginationes, quibus ipsa ratio uix resistit, tametsi nec ipsam disciplinam disserendi carere hoc malo facile est, cum in diuisionibus et conclusionibus quosdam quasi calculos imaginamur.

5 In hac tota imaginum silua credo tibi non uideri primum illud genus ad animam, priusquam inhaereat sensibus, pertinere; neque hinc diutius disserendum. de duobus reliquis iure adhuc quaeri posset, nisi manifestum esset animam minus esse obnoxiam falsitatibus nondum passam sensibilium sensuumque uanitatem. at istas imagines quis dubitauerit istis sensibilibus multo esse falsiores? nam illa quae putamus et credimus siue fingimus, et ex omni parte omnino falsa sunt et certe longe, ut cernis, ueriora [esse], quae uidemus atque sentimus. iam in illo tertio genere quodlibet spatium corporale animo figurauero, quamquam id rationibus disciplinarum minime fallentibus cogitatio peperisse uideatur, ipsis rursum rationibus arguentibus falsum esse conuinco. quo fit,

1 figura terram] figura|rum *P* similia inter haec *P* 4 numeris (i *ras. ex* u) *L* demensionibus *LP*[1] 5 cum] uelut cum *edd.* totaus, *corr.* totius *P*[1] 7 figu*ris *ex ras. et corr. m. ut uid. 1 P* 10 imagines *P* 11 ipsa disciplına *P* 12 cauculos *P* canculos, *m. 2* calculos *R* 13 imaginari *P* 14 primum *om. P* 16 hic *P* disserendum est *P* disputandum *m* reliquiis *P* 17 quaeri* (*fuit* t) *P*[1] 18 passa *P* 19 sensumque *L* ad *LP*[1] (*corr.* at) *R* 20 ipsis sensibus *P* 21 omni] magna *P* 22 ut *om. P* esse *uncis inclusi;* sunt *edd.* 24 corporare *R* 25 fallentibus minime abicientibus cogitatio *P* uidetur *L* 26 rursus *P* sursum, *corr.* rursum *P*[1] rationibus] cogitationibus *P* esse] est *L*

Digitized by Google

ut nullo pacto animam credam nondum corpore sentientem, nondum per sensus uanissimos mortali et fugaci substantia uerberatam in tanta falsitatis ignominia iacuisse.

III 6 Unde igitur euenit, ut, quae non uidemus, cogitemus? quid putas, nisi esse uim quandam minuendi et augendi animae insitam, quam, quocumque uenerit, necesse est adferat secum? quae uis in numeris praecipue animaduerti potest. hac fit, ut uerbi gratia corui quasi ob oculos imago constituta, quae uidelicet aspectibus nota est, demendo et addendo quaedam ad quamlibet omnino numquam uisam imaginem perducatur. hoc euenit, ut per consuetudinem uoluentibus sese in talibus animis figurae huiusce modi uelut sua sponte cogitationibus inruant. licet igitur animae imaginanti ex his, quae illi sensus inuexit, demendo, ut dictum est, et addendo ea gignere, quae nullo sensu adtingit tota; partes uero eorum in aliis atque aliis rebus adtigerat. ita nos pueri apud mediterraneos nati atque nutriti uel in paruo calice aqua uisa iam imaginari maria poteramus, cum sapor fragorum et cornorum, antequam in Italia gustaremus, nullo modo ueniret in mentem. hinc est, quod a prima aetate caeci, cum de luce coloribusque interrogantur, quid respondeant, non inueniunt; non enim coloratas ullas patiuntur imagines, qui senserint nullas.

7 Nec mirere, quo pacto ea, quae in rerum natura figurantur, effingi possint non primo anima, quae omnibus inest, secum

3 in tantam falsitatis ignominiam $LP^1R$  4 ergo *edd.*  uidimus *edd.*  5 quadam *R*  minuendi] uiuendi *P*  6 quecumque, *m. 1 corr.* quocumque *L*  7 ac *P*  8 uerbi gratia ut *edd.*  corui, *corr. m. 1* corbi *P*  ob oculis, *corr.* ob oculos $P^1$ ab oculis *LR*  10 uasam, *m. 2* uisam *R*  11 hoc, *corr.* hac $P^1$ hac *m* hinc *cett. edd.*  uoluentis *P*  12 animi $LPP^1$ (*corr.* animis) *R*  sua *om. P*  14 ut] et *L*  15 eorum] eorum quae $LP^1$ (*corr.* earum quae) *R l r m*  16 attingeratur (n *exp.*) *L* actu geratur *R*  18 cornuorum *P*  19 hic *R*  20 que *om. P*  22 ullas] omnino ullas *P*  patitur *P*  senserit *P* senserunt *edd.*  23 mirere, *m. 2 del.* re *R* mirare *P edd. praeter m*  24 effingi possint] et fingi possunt $LP^1R$ *edd.*  anima] in anima *edd.*  secum ista] cum ista *LR* cum ita (*corr.* ista) *et in marg.* praesenserit $P^1$ commista *edd.*



Digitized by Google

ista uoluente, cum ea numquam extrinsecus senserit. non enim etiam nos cum indignando aut laetando ceterisque huiusce modi animi motibus multos in nostro corpore uultus coloresque formamus, prius nostra cogitatio, quod facere possimus, tales imagines concipit. consequuntur ista miris illis modis et committendis cogitationi tuae, cum in anima sine ulla corporalium figura falsitatum numeri actitantur occulti. ex quo intellegas uelim, cum tam multos animi motus esse sentias expertes omnium, de quibus nunc quaeris, imaginum, quolibet alio motu animam sortiri corpus quam sensibilium cogitatione formarum, quas eam, priusquam corpore sensibusque utatur, nullo modo arbitror pati posse. quam ob rem pro nostra familiaritate et pro ipsius diuini iuris fide sedulo monuerim, carissime mihi ac iucundissime, nullam cum istis infernis umbris copules amicitiam neue illam, quae copulata est, cunctere diuellere. nullo modo enim resistitur corporis sensibus, quae nobis sacratissima disciplina est, si per eos inflictis plagis uulneribusque blandimur.

## VIII.

### AUGUSTINO NEBRIDIUS.

Festinanti mihi ad rem peruenire nullum prooemium, nullum placet exordium. qui fit, mi Augustine, uel qui modus est

1 uoluantur *edd.* non] nam *P*¹ *edd.* 2 enim *om. LP*¹*R edd.* 3 huiuscemodis *L* huiusmodi *P* animae *P* 4 prius] prius quam *P* nõa, *corr.* nr̃a *P*¹ quod] quod id *P* possumus *P a e f* 7 falsitatum figura *P* falsita*tum (*fuit* n) *P*¹ 8 motos, *corr.* motus *P*¹ 9 expartes *LP*¹ (*corr.* expertes) ex parte *R* 12 nullu *P* 14 mi *P* ne ullam *P* 15 inferni *R* umbres, *corr. m. 1* umbris *R* copulis *LP*¹ (*corr.* copules) 16 cunctare *P* nullu *P* enim modo *edd.* 17 sensui *LP*¹*R*.

*L* = *cod. Laudunensis 134 s. IX.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*P*¹ = *cod. Parisinus 12210 s. X.*

20 augustino nebridio *L* 21 prymium *P* praemium *LP*¹ (*corr.* proemium) 22 ex*ordium (h *eras.*) *P*¹

Digitized by Google

ille, quo utuntur superiores potestates, quas caelestes intellegi uolo, cum eis placet nobis dormientibus aliqua somnia demonstrare? qui, inquam, modus est? id est, quomodo id faciunt, qua arte, quibus manganis quibusque instrumentis aut medicamentis? animumne nostrum per cogitationes suas inpellunt, ut nos etiam ea cogitando imaginemur? an ipsa in suo corpore uel in sua phantasia facta nobis offerunt et ostendunt? sed si in suo corpore ea faciunt, sequitur, ut et nos alios oculos corporeos intrinsecus habeamus, cum dormimus, quibus ea uideamus, quae illi in suo corpore formauerunt. sin uero ad istas res non corpore adiuuantur suo, sed in phantastico suo ista disponunt atque ita phantastica nostra contingunt et fit uisum, quod est somnium, cur, quaeso te, non ego phantastico meo tuum phantasticum ea somnia generare compello, quae mihi primo in eo ipse formaui? certe et mihi est phantasia et, quod uolo, potis est fingere, cum omnino nullum tibi facio somnium, sed ipsum corpus nostrum uideo in nobis somnia generare. nam cum se male habuerit, per affectum, quo animae copulatur, cogit nos id ipsum miris modis per phantasian assimulare. saepe dormientes cum sitimus, bibere somniamus et esurientes quasi comedentes uidemur et multa talia, quae quasi commercio quodam a corpore in animam phantastice transferuntur. haec pro sui obscuritate pro nostraque inperitia ne mireris si minus eleganter minusque subtiliter explicata sunt; tu id facere, quantum poteris, laborabis.

2 eis] enim *P* signa *P* 4 quibus*ue *L* quibusue *s m* instruentis *L* 5 meditamentis *P* per contationes *P* 8 si *om., suprà u. add.* $P^1$ 10 ea] illa *edd.* formauerint *m* 11 si *edd.* 12 in *om. P* ita, *corr.* ista $P^1$ 15 cumpello $LP^1$ (*corr.* compello) primo *om. P* ipso *P* 16 potes, *corr. m. 1* potens *L* potens $P^1$ *edd.* 17 cur *P* 18 nobis] omnibus *L* somnia] omnia *P* se male] semel $LP^1$ *edd.* 19 id *ras. ex* ad *L* 20 per phantasiam nos simulare $LP^1$ per phantasiam simulare *edd.* 21 sitimus] sit ipsum *P* somniamur *L* 22 alia *P* 23 in anima *P*



Digitized by Google

## IX.

### NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1 Quamquam mei animi cognitor sis, fortasse tamen ignoras, quantum uelim praesentia tua frui. uerum hoc tam magnum beneficium deus quandoque praestabit. legi recentissimam epistulam tuam, in qua de solitudine questus es et quadam desertione a familiaribus tuis, cum quibus uita dulcissima est. sed quid aliud hic tibi dicam, nisi quod te non dubito facere? confer te ad animum tuum et illum in deum leua, quantum potes. ibi enim certius habes et nos non per corporeas imagines, quibus nunc in nostra recordatione uti necesse est, sed per illam cogitationem, qua intellegis non loco esse nos simul.

2 Epistulas tuas cum considerarem, quibus non dubium tibi quaerenti magna respondi, uehementer me illa terruit, qua percontaris, quomodo fiat, ut nobis a superioribus potestatibus uel a daemonibus et cogitationes quaedam inserantur et somnia. magna enim res est, cui tu quoque pro tua prudentia perspicis non epistula, sed aut praesenti conlocutione aut aliquo libello respondendum esse. temptabo tamen callens ingenium tuum quaedam quaestionis huius lumina praeseminare, ut aut cetera tecum ipse contexas aut posse ad rei tantae probabilem inuestigationem perueniri minime desperes.

3 Arbitror enim omnem motum animi aliquid facere in cor-

*L* = *cod. Laudunensis 134 s. IX.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12210 s. X.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 *Inscriptionem om. R edd. praeter m* 5 rectissimam *L*$P^1$*R edd.* 6 solutione *R a* 8 tibi *om., (m. 1?) add. L* 9 tuum animum *edd.* 12 nos] nisi *P* 14 non dubium] nondum *P* 18 est *om. P* 19 aut] siue *R a* praesentis *L*$P^1$ 20 libro *P* 21 lumina, *super* lu *m. 1* ł li *R* limina *f l r* 22 tecum *in fine u. om. P* 23 disperes *L* disperis, *corr.* desperes $P^1$

Digitized by Google

pore; id autem usque ad nostros exire sensus tam hebetes tamque tardos, cum sunt maiores animi motus, uelut cum irascimur aut tristes aut gaudentes sumus. ex quo licet conicere, cum etiam cogitamus aliquid neque id nobis in nostro corpore apparet, apparere tamen posse aeriis aetheriisue animantibus, quorum est sensus acerrimus et in cuius comparatione noster ne sensus quidem putandus est. igitur ea, quae, ut ita dicam, uestigia sui motus animus figit in corpore, possunt et manere et quendam quasi habitum facere; quae latenter cum agitata fuerint et contrectata, secundum agitantis et contrectantis uoluntatem ingerunt nobis cogitationes et somnia atque id fit mira facilitate. si enim nostrorum corporum terrenorum et tardissimorum excitationes agendis organis musicis seu in funiambulo ceterisque huiusce modi spectaculis innumerabilibus ad quaedam incredibilia peruenisse manifestum est, nequaquam est absurdum eos, qui aerio uel aetherio corpore aliquid in corporibus agunt, quae naturali ordine penetrant, longe maiore uti facilitate ad mouendum, quicquid uolunt, non sentientibus nobis et tamen inde aliquid perpetientibus. neque enim etiam, quomodo fellis abundantia nos ad iram crebriorem cogat, sentimus et tamen cogit, cum haec ipsa, quam dixi, abundantia facta sit irascentibus nobis.

4 Sed hoc aut*em* si non uis simile nobis praetereunter accipere, uersa id cogitatione, quantum potes. nam si animo

1 heuetes (*corr.* hebetes) tamque $P^1$ habete istam quę *P* 3 indignamur *P* licet (cet *alia m. in ras.*) *P* libet, *corr.* licet $P^1$ 4 id *om. P* 5 apparet *om. L*$P^1$ *(supra u. add.) R a* apparere* *L* aeris, *alia m.* c *praeposuisse aut* a *corr. vid. P* aeriis, *corr.* aereis $P^1$ aetheriisue, *corr.* aethereisue $P^1$ aethereisue *R edd.* 6 est] et *L*$P^1$*R edd.* 7 nec *R a* 8 fi*git (n *eras.*) $P^1$ 12 fit *om. P* 13 exercitationes *L*$P^1$*R edd.* agendis] seu in tangendis *P* 14 fun*ambulo $P^1$ funanbulo *R* huiusmodi *P edd. praeter m* 15 expectaculis *P* at, *corr.* ad $P^1$ 16 qui* (a *eras.*) $P^1$ erio, *alia m.* aerio *P* 17 aethereo *P edd.* corpore* (a *eras.*) $P^1$ corporabilibus *P* 18 ut, *corr.* uti $P^1$ facitate ad uendum, *corr.* facilitate ad mouendum $P^1$ 19 et *om. P* 21 iracundiam *P* 23 autem *emendaui;* aut *L*$P^1$ (*corr.* tamen) *R a; om. P* tamen *cett. edd.* si non uis *om. P* nobis] noli *P* a nobis *edd. praeter a*

existat assidue aliqua difficultas agendi atque implendi, quod cupit, assidue irascitur. ira est autem, quantum mea fert opinio, turbulentus appetitus auferendi ea, quae facilitatem actionis impediunt. itaque plerumque non hominibus tantum, sed calamo irascimur in scribendo eumque conlidimus atque frangimus et aleatores tesseris et pictores penicillo et cuique instrumento quilibet, ex quo difficultatem se pati arbitratur. hac autem assiduitate irascendi fel crescere etiam medici adfirmant. cremento autem fellis rursus et facile ac prope nullis causis existentibus irascimur. ita quod suo motu animus fecit in corpore, ad eum rursus commouendum ualebit.

5 Possunt latissime ista tractari et multis rerum testimoniis ad certiorem plenioremque perduci notitiam. sed huic epistulae adiunge illam, quam tibi nuper de imaginibus et de memoria misi, et eam diligentius pertracta; nam minus plene a te intellecta rescripto tuo mihi apparuit. huic ergo, quam nunc legis, cum adiunxeris de illa, quod ibi dictum est de naturali quadam facultate animi minuentis et augentis cogitatione quodlibet, fortasse te iam non mouebit, unde fiat, ut etiam formae corporum, quas numquam uidimus, uel cogitando apud nos uel somniando figurentur.

## X.

### NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1 Numquam aeque quicquam tuarum inquisitionum me in cogitando tenuit aestuantem atque illud, quod recentissimis

2 me *LR* 5 in *om. P* 7 |strumento *P* parati arbitrantur *P* 8 hoc *P* uel, *corr.* fel *P*[1] etiam *om. P a* medici** *L* 9 incremento *P* et] effici ut *P* 10 irascamur *P* 11 commonendum *P* 16 intellectā *P* 17 adhibueris *P* dictum ibi *edd.* 18 nuentis *L* cogitationem *LP*[1] (m *eras.*) *R a* 19 quot libet *L* te iam—fiat ut *om. LP*[1]*R edd. In R cum hac epistula coniuncta est ep. XIV inde a p. 32, 20* 'tametsi actus animi' *etc. itemque in a e f.*

*L = cod. Laudunensis 134 s. IX.*
*P = cod. Parisinus 12210 s. X.*
*R = cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

23 *Inscriptionem om. R edd. praeter m* 24 inquisionum *L*

Digitized by Google

tuis litteris legi, ubi nos arguis, quod consulere neglegamus, ut una nobis uiuere liceat. magnum crimen et, nisi falsum esset, periculosissimum. sed cum perprobabilis ratio demonstrare uideatur hic nos potius quam Carthagini uel etiam in rure ex sententia posse degere, quid tecum agam, mi Nebridi, prorsus incertus sum. mittaturne ad te accommodissimum tibi uehiculum? nam basterna innoxie te uehi posse noster Lucinianus auctor est. at matrem cogito, ut quae absentiam sani non ferebat, inbecilli multo minus esse laturam. ueniamne ipse ad uos? at hic sunt, qui neque uenire mecum queant et quos deserere nefas putem. tu enim potes et apud tuam mentem suauiter habitare; hi uero ut idem possint, satagitur. eamne crebro et redeam et nunc tecum, nunc cum ipsis sim? at hoc neque simul neque ex sententia uiuere est. non enim breuis est uia, sed tanta omnino, cuius peragendae negotium saepe suscipere non sit ad optatum otium peruenisse. huc accedit infirmitas corporis, qua ego quoque, ut nosti, non ualeo, quod uolo, nisi omnino desinam quicquam plus uelle, quam non ualeo.

2 Profectiones ergo, quas quietas et faciles habere nequeas, per totam cogitare uitam non est hominis de illa una ultima, quae mors uocatur, cogitantis, de qua uel sola intellegis uere esse cogitandum. dedit quidem deus paucis quibusdam, quos ecclesiarum gubernatores esse uoluit, ut et illam non solum expectarent fortiter, sed alacriter etiam desiderarent et harum obeundarum labores sine ullo angore susciperent; sed neque his, qui ad huius modi administrationes temporalis honoris

1 litteris tuis *edd.* non, *corr.* nos *P* neglegimus *L* 3 perprobiles, *corr.* perprobabilis *P* probabilis *L edd.* 4 charthagine, *corr.* charthagini *P* in rure] ruri *edd. praeter a* 7 uasterna *L* 8 lucilianus *LP; cf. p. 11, 14* 10 nec *f l r m* 12 ii *f l r m* 14 neque ex] ex *LPR a* 17 accidit *LP* (*corr.* accedit) 19 non *om. P edd. praeter a* 20 ergo *om., m. 2 (?) add. L* 22 uero, *corr.* uere *P* 24 gubernatores ecclesiarum *edd.* 25 earum *R edd.* 26 susciperent, *corr. (m. 1?)* susciperant *L* 27 iis *f l r m*

Digitized by Google

amore raptantur, neque rursum his, qui cum sunt priuati, negotiosam uitam appetunt, hoc tantum bonum concedi arbitror, ut inter strepitus inquietosque conuentus atque discursus cum morte familiaritatem, quam quaerimus, faciant; deificari enim utrisque in otio licebat. aut si hoc falsum est, ego sum omnium ne dicam stultissimus, certe ignauissimus, cui nisi proueniat quaedam secura cessatio, sincerum illud bonum gustare atque amare non possum. magna secessione a tumultu rerum labentium, mihi crede, opus est, ut non duritia, non audacia, non cupiditate inanis gloriae, non superstitiosa credulitate fiat in homine nihil timere. hinc enim fit illud etiam solidum gaudium nullis omnino laetitiis ulla ex particula conferendum.

3 Quod si in natura humana talis uita non cadit, cur aliquando euenit ista securitas? cur tanto euenit crebrius, quanto quisque in mentis penetralibus adorat deum? cur in actu etiam humano plerumque ista tranquillitas manet, si ex illo adyto ad agendum quisque procedat? cur interdum et cum loquimur, mortem non formidamus, cum autem non loquimur, etiam cupimus? tibi dico, non enim hoc cuilibet dicerem, tibi, inquam, dico, cuius itinera in superna bene noui, tune, cum expertus saepe sis, quam dulce uiuat, cum amori corporeo animus moritur, negabis tandem totam hominis uitam posse intrepidam fieri, ut rite sapiens nominetur? aut hanc affectionem, quam ratio nititur tibi accidisse umquam, nisi cum in intimis tuis ageris, asserere audebis? quae cum ita sint, restare unum uides, ut tu quoque in commune consulas, quo uiuamus simul. quid enim cum matre agendum

1 raptantes, *corr.* raptantur *P* iis *f l r m* sunt, *ras.* sint *P* sint *edd.* 3 conuesitus *L* 4 mortem *LP* (*ras.* morte) deificare, *corr.* deificari *P* 5 in otio] initio *LP* 8 successione *P* (*corr.* secessione) *R* (*super* suc *m. 1* ł se) *L a* 10 crudelitate *L* (*m. 1 corr.* credulitate) *a* 11 temere *L* 14 in naturam humanam *edd. praeter a* 16 penetrabilibus *L a e* 18 inter dm̄ et conloquimur *L* 25 effectionem *L* qua *P edd.* 26 in *om. L a e* ageris, *corr.* ageres *P* agereris *e* ageres *f* angeris *l r m* 28 consules, *corr.* consulas *P*

sit, quam certe frater Victor non deserit, tu multo melius calles quam ego. alia scribere, ne te ab ista cogitatione auerterem, nolui.

## XI.

### NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1 Cum me uehementer agitaret quaestio a te dudum cum quadam etiam familiari obiurgatione proposita, quonam pacto una uiuere possemus, et de hoc solo statuissem et rescribere tibi et rescripta flagitare neque ad aliud aliquid, quod ad nostra studia pertinet, stilum auertere, donec inter nos istuc ipsum terminaretur, cito me securum fecit recentis epistulae tuae breuissima et uerissima ratio, propterea scilicet hinc non esse cogitandum, quia uel nos, cum potuerimus, ad te, uel tu, cum potueris, ad nos necessario uenturus sis. hinc ergo, ut dixi, securus effectus consideraui omnes epistulas tuas, ut uiderem, quarum responsionum debitor sim. in quibus tam multas quaestiones repperi, ut, etiam si facile dissolui possent, ipso aceruo cuiusuis ingenium otiumque superarent. tam uero difficiles sunt, ut, etiam si una earum mihi esset inposita, non dubitarem me onustissimum confiteri. hoc autem prooemium ad id ualet, ut tantisper desinas noua quaerere, donec toto aere alieno liberemur, et de solo iudicio tuo mihi rescribas. quamquam scio, quam sit aduersum me, qui tuarum diuinarum cogitationum uel tantisper particeps esse differo.

2 Accipe igitur, quid mihi uideatur de susceptione hominis

1 milius, *corr.* melius *P* 3 uerterem *R a.*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc et insequentem epistulam in uno Vaticano exemplari (495) repertam primi ediderunt.* 8 de *om. P* et rescribere] rescribere *VU edd.* 9 ad aliud] aliud *P* 10 donec] ut *VU edd.* stuc ipsud *P* istud ipsum *VU edd.* 19 etiam si] etsi *VU edd.* 20 onestissimum *P* prymium *P*

Digitized by Google

mystica, quam propter salutem nostram factam esse religio, qua inbuti sumus, credendum cognoscendumque commendat. quam quaestionem non facillimam omnium elegi, cui potissimum responderem, sed ea mihi dignior ceteris uisa est, cui operam cogitationis inpenderem. illa namque, quae de hoc mundo quaeruntur, nec satis ad beatam uitam obtinendam mihi uidentur pertinere et, si aliquid adferunt uoluptatis, cum inuestigantur, metuendum est tamen, ne occupent tempus rebus inpendendum melioribus. quam ob rem quod ad hoc pertinet susceptum in praesentia, prius miror te esse commotum, cur non pater et filius dicatur hominem suscepisse, sed etiam spiritus sanctus. nam ista trinitas catholica fide ita inseparabilis commendatur et creditur, ita etiam a paucis sanctis beatisque intellegitur, ut, quicquid ab ea fit, simul fieri sit existimandum et a patre et a filio et ab spiritu sancto nec quicquam patrem facere, quod non et filius et spiritus sanctus faciat, nec quicquam filium, quod non et pater et spiritus sanctus, nec quicquam spiritum sanctum, quod non et pater et filius. ex quo uidetur esse consequens, ut hominem trinitas tota susceperit; nam si filius suscepit, pater autem et spiritus sanctus non susceperunt, aliquid praeter inuicem faciunt. cur ergo in mysteriis et sacris nostris hominis susceptio filio tributa celebratur? haec est plenissima quaestio ita difficilis et de re tam magna, ut nec sententia hic satis expedita nec eius probatio satis secura esse possit. audeo tamen, si quidem ad te scribo, significare potius, quid meus animus habeat, quam explicare, ut cetera pro ingenio tuo et familiaritate nostra, qua fit, ut me optime noueris, per te ipse coniectes.

3 Nulla natura est, Nebridi, et omnino nulla substantia, quae non in se habeat haec tria et prae se gerat: primo ut sit

4 respondere *P* sed ea—inpenderem *om. VU edd.* 7 uidetur *P* uoluntatis *P* 11 et] sed *in ras. V* sed *U edd.* 15 ab] a *VU edd.* 16 nec] ne *P* et non *PV* (*corr.* non et) *U* 17 faciat—spiritus sanctus *om. VU edd.* ne quiquam *P* 18 ne quiquam *P* 19 filius ex quo] filius nec quicquam filium quod non et pater et spiritus sanctus faciat ex quo *VU edd.* 22 ministeris *P* 23 hoc *P*

deinde ut hoc uel illud sit, tertio ut in eo ipso, quod est, maneat, quantum potest. primum illud causam ipsam naturae ostentat, ex qua sunt omnia; alterum speciem, per quam fabricantur et quodam modo ....... formanturque omnia; tertium manentiam quandam, ut ita dicam, in qua sunt omnia. quod si fieri potest, ut aliquid sit et non hoc uel illud sit et tam diu sit atque id sit, quam diu in genere suo manet, aut hoc quidem aut illud sit, sed non sit neque in suo genere maneat, quantum potest, aut in suo genere quidem pro ipsius sui generis uiribus maneat, sed tamen nec sit neque hoc uel illud sit, fieri etiam potest, ut in illa trinitate aliqua persona praeter alias aliquid faciat. at si cernis necesse esse ut, quicquid sit, continuo et hoc uel illud sit et in suo genere maneat, quantum potest, nihil tria illa praeter inuicem faciunt. uideo adhuc partem me egisse huius quaestionis, qua fit difficilis solutio. sed breuiter tibi aperire uolui, si tamen egi, quod uolui, quam subtiliter et quanta ueritate in Catholica intellegatur huiusce inseparabilitas trinitatis.

4 Nunc accipe, quo modo possit non mouere animum illud, quod mouet. species, quae proprie filio tribuitur, ea pertinet etiam ad disciplinam et ad artem quandam, si bene hoc uocabulo in his rebus utimur, et ad intellegentiam, qua ipse animus rerum cogitatione formatur. itaque quoniam per illam susceptionem hominis id actum est, ut quaedam nobis disciplina uiuendi et exemplum praecepti sub quarundam sententiarum maiestate ac perspicuitate insinuaretur, non sine ratione hoc totum filio tribuitur. in multis enim rebus, quas cogitationi et prudentiae committo tuae, quamuis multa insint, aliquid tamen eminet et ideo sibi proprietatem quandam

1 ipso *om. VU edd.* 3 ostentat *ex corr. m. 2, fuit* sustentat *U* 4 formantur quae omnia *P* formantur omnia *VU edd.; lacunam significaui* 5 manentia *P* 6 et] quod *VU edd.* 7 et tam diu sit atque id sit quam diu] neque *VU edd.* maneat *VU edd.* 8 in genere suo *VU edd* 13 uel] et *VU lsr* aut *m* 17 quam (qu *ex corr. m. ut uid. 1*) *P* 20 propria *P* 25 quarundem *P*

Digitized by Google

non absurde uindicat. uelut in illis tribus generibus quaestionum, etiam si quaeratur, an sit, ibi est et quid sit, esse enim non potest profecto, nisi aliquid sit; ibi etiam, probandum inprobandumne sit, quicquid enim est, nonnulla aestimatione dignum est; ita cum quaeritur, quid sit, necesse est, ut et sit et aliqua aestimatione pendatur; hoc modo etiam cum quaeritur, quale sit, et aliquid est utique. ita cum sibi inseparabiliter iuncta sunt omnia, nomen tamen quaestio non ex omnibus accipit, sed ut sese habuerit quaerentis intentio. ergo disciplina hominibus erat necessaria, qua inbuerentur et qua ad modum formarentur. num tamen id ipsum, quod per hanc disciplinam fit in hominibus, aut non esse possumus dicere aut non appetendum? sed scire prius intendimus, et per quod coniciamus aliquid et in quo maneamus. demonstranda igitur prius erat quaedam norma et regula disciplinae. quod factum est per illam suscepti hominis dispensationem, quae proprie filio tribuenda est, ut esset consequens et ipsius patris, id est unius principii, ex quo sunt omnia, cognitio per filium et quaedam interior et ineffabilis suauitas atque dulcedo in ista cognitione permanendi contemnendique omnia mortalia, quod donum et munus proprie spiritui sancto tribuitur. ergo cum agantur omnia summa communione et inseparabilitate, tamen distincte demonstranda erant propter inbecillitatem nostram, qui ab unitate in uarietatem lapsi sumus. nemo enim quemquam erigit ad id, in quo ipse est, nisi aliquantum ad id, in quo est ille, descendat. habes epistulam, non quae tuam curam de hac re finierit, sed quae cogitationes tuas certo fortasse aliquo fundamento inchoauerit, ut cetera ingenio, quod mihi notissimum est, persequaris et pietate, cui maxime standum est, consequaris.

4 improbandumue *VU edd.* est, *in marg. m. 2* sit *U* 6 ut et sit] ut sit *U* 8 sunt, *corr. m. 1* sint *P* 10 erat] est *VU edd.* 11 quem *P* num] non *VU edd.* id] in id *P* 25 in uarietate *P*

Digitized by Google

## XII.

### NEBRIDIO AUGUSTINUS.

Plures epistulas te scribis misisse, quam accepimus; sed neque tibi possum non credere neque mihi tu. tametsi enim rescribendo par esse non ualeo, tamen non minore a me diligentia seruantur litterae tuae, quam frequentantur abs te. prolixiores autem nostras non te amplius quam binas accepisse conuenit inter nos; non enim misimus tertias. sane recognitis exemplaribus animaduerti quinque fere tuis rogationibus esse responsum, nisi quod una ibi quaestio quasi transeunter perstricta, quamquam non temere ingenio tuo commissa sit, non tamen fortasse satisfecit auaritiae tuae. quam refrenes aliquantum opus est et nonnulla compendia libenter feras, ita plane ut, si quicquam fraudo intellegentiam, dum sum parcus in uerbis, nihil parcas mihi; sed tu iure, quo mihi ualentius esset forte aliquid, si quicquam posset esse iucundius, totum, quod debetur, efflagites. hanc igitur epistulam numerabis inter minores epistulas meas, quam tibi † non sibi nihil mihi de aceruo minuere. non enim et tu mittis minores, quae non eundem aceruum augeant. quare illud, quod de filio dei quaeris, cur ipse potius dicatur hominem suscepisse quam pater, cum simul uterque sit, dinosces facillime, si sermocinationum nostrarum, quibus, ut potuimus — nam ineffabile quiddam est — .......... qui sit dei filius, quo coniuncti simus, recorderis. quod ut hic breuiter adtingam, disciplina ipsa et forma dei, per quam facta sunt omnia, quae facta sunt, filius nuncupatur. quicquid autem per susceptum illum hominem gestum est, ad eruditionem informationemque nostram gestum est.

*Idem codices, qui in ep. XI.*

4 tuam etsi *P* tu etsi *VU edd.; scripsi* tu tametsi 5 scribendo, *m. 1 corr.* rescribendo *P* minor ea me *P* 11 transeunte *P* 13 aliquantulum *VU edd.* 17 et flagites *P* 20 acerbum *P* 21 dicatur potius *U* 24 qui] quid *VU edd.; lacunam significaui* 25 coniunctissimus *codd.* 29 *Vacat in V 67 uersiculorum spatium, in U 38½ uersiculorum; nullum eius modi spatium relictum est in P*

Digitized by Google

## XIII.

### NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1 Usitata tibi scribere non libet, noua non licet. alterum enim uideo tibi non conuenire, alterum mihi non uacare. nam ex quo abii abs te, nulla mihi opportunitas, nullum otium datum est ea, quae inter nos quaerere solemus, agitandi atque uersandi. sunt quidem hiemales nimis longae noctes nec a me totae dormiuntur; sed sese obiciunt magis cogitanda, cum otium est, quae diffirmando sunt otio necessaria. quid ergo faciam? mutusne apud te, an tacitus sim? neutrum uis, neutrum uolo. quare age atque accipe, quod de me excudere potuit ultimum noctis, quam diu exequebatur, quo haec epistula scripta est.

2 Necesse est te meminisse, quod crebro inter nos sermone iactatum est nosque iactauit anhelantes atque aestuantes, de animae scilicet ueluti perpetuo quodam corpore uel quasi corpore, quod a nonnullis etiam dici uehiculum recordaris. quam rem certe, si quidem loco mouetur, non esse intellegibilem clarum est. quicquid autem intellegibile non est, intellegi non potest. at quod intellectum fugit, si saltem sensum non fugit, aestimare inde aliquid uerisimiliter non usquequaque denegatur. quod uero neque intellegi neque sentiri

*L* = *cod. Laudunensis 134 s. IX.*
*P* = *cod. Parisinus 12210 s. X.*
*P*¹ = *cod. Parisinus 1929 s. XIII.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

3 usitata* *V* 4 enim *in fine u. om. U* tibi uideo *P¹V* tibi *om. U* alter *L* non mihi *edd.* 8 sed] sicut *L* se *P edd.* obiciunt otio magis (otio *exp.*) *L* 9 definiendo *flsr* 10 motusne *LP* (*corr.* mutusne) sum *VU* 11 age, *corr. m. 1* auge *L* accipem *L* excludere *LP* (l *eras.*) 12 exequabatur *V* quod *VU* 14 crebro] credo *L* 16 uelut *P¹ flsr* uel *VU m* 17 nonnullis] nomīnullis *L* 18 intelligibile *L* 19 quiqd *L* autem *om. L* intellegibile* *P* 20 salti *L* 21 fuit *L* fugit, *corr.* refugit *P* refugit *P¹VU edd.* estimate *VU* uerisimile *flsr*

Digitized by Google

potest, temerariam nimis et nugatoriam gignit opinionem. et hoc, de quo agimus, tale est, si tamen est. cur ergo, quaeso te, non nobis ad hanc quaestiunculam indicimus ferias et nos totos inprecato deo in summam serenitatem naturae summae uiuentis adtollimus?

3 Hic forsitan dicas, quamquam corporea percipi nequeant, multa nos tamen ad corpus pertinentia intellegibiliter posse percipere, ut est, quod nouimus esse corpus. quis enim neget aut quis hoc uerisimile potius quam uerum esse fateatur? ita cum ipsum corpus uerisimile sit, esse tamen in natura tale quiddam uerissimum est. ergo corpus sensibile, esse autem corpus intellegibile iudicatur; non enim posset aliter percipi. ita nescio quid illud, de quo quaerimus, corpus, quo inniti anima, ut de loco in locum transeat, putatur, quamquam etiam si non sensibus nostris, tamen quibusdam longe uegetioribus sensibile sit, utrum tamen sit, intellegibiliter cognosci potest.

4 Hoc si dices, ueniat in mentem illud, quod intellegere appellamus, duobus modis in nobis fieri: aut ipsa per se mente atque ratione intrinsecus, ut cum intellegimus esse ipsum intellectum; aut admonitione a sensibus, ut id quod iam dictum est, cum intellegimus esse corpus. in quibus duobus generibus illud primum per nos, id est de eo, quod apud nos est, deum consulendo; hoc autem secundum de eo, quod a corpore sensuque nuntiatur, nihilo minus deum consulendo intellegimus. quae si rata sunt, nemo de illo corpore, utrum sit, intellegere potest, nisi cui sensus quicquam de illo nuntiarit. in quo animantium numero, si ullus est, nos

1 nimis et] nimis atque $P^{1}$*VU edd.* 2 agimus indicimus f tale (indicimus f *exp.*) *U* 4 totos *om. L* 5 uiuentes, *corr.* uiuentis *P* 6 corpora *VU edd.* 7 pertinentia* *P* 11 quiddam tale *VU* 12 autem] auer *L* 14 initi *L* inuiti *U* lo**co *L* in//////locum *(ras. 1—2 l.) L* ad locum $P^{1}$*VU edd.* putatur *bis, alterum eras. L* quamquam *(postr. l. exp.) L* 15 et si *U* tam *L* 16 uetioribus *L* 18 ueniet *U* 22 corpus esse *U* 23 de eo] deo *U* 26 rata] uera $P^{1}$*VU flsr* 28 nuntiaret, *corr.* nuntiarit *P* nuntiari *L*

Digitized by Google

quoniam non esse perspicimus, illud etiam perfectum puto, quod supra dicere coeperam, non ad nos istam pertinere quaestionem. haec etiam atque etiam cogites uelim et, quod cogitando genueris, ut nouerim cures.

## XIV.

### NEBRIDIO AUGUSTINUS.

1 Recentissimis litteris tuis respondere malui, non quod contempserim praecedentia quaesita tua minusue me delectauerint, sed quod in respondendo maiora, quam opinaris, molior. quamquam enim longiorem, quam longissima est, epistulam tibi mittendam esse praescripseris, non tamen tantum habemus otii, quantum existimas et quantum nos semper optasse nosti et optamus. ne quaeras, cur ita sit; illa enim facilius, quibus impedior, quam cur impediar, exposuerim.

2 Scribis, cur ego et tu, cum simus singuli, eadem multa faciamus, sol autem non idem faciat quod cetera sidera cuius rei causam conarer. nam si eadem nos agimus, multa et ille cum ceteris agit; si non ille, nec nos. ambulo et ambulas, mouetur et mouentur; uigilo et uigilas, lucet et lucent; disputo et disputas, circuit et circumeunt. tametsi actus animi nullo modo est his, quae uidemus, comparandus. si autem animum, ita ut aequum est, animo conferas, magis

1 quoniam] quoq. *U* peto *LP* (*corr.* puto).

*L* = *cod. Laudunensis 134 s. IX.*
*P* = *cod. Parisinus 12210 s. X.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*P¹* = *cod. Parisinus 1929 s. XIII.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Haec epistula in R a e f omisso initio usque ad u. 20* 'circumeunt' *adiuncta est ad epistulam IX.* 7 contemnerim *P¹* 8 presentia, *in marg. m. 2* alr praecedentia *U* me *om. VU* 11 esse *om. VU* 13 nec *edd.* 15 e*go *L* 18 aget, *corr.* agit *P* nos***ambulo *L* 20 circueunt *U* 21 iis *f l r m* quam *LP* (*corr.* quae) 22 animum] animus *LP* (*corr.* animum)

Digitized by Google

idem uel cogitare uel contemplari uel si quid aliud commodius dicitur, si ullus eis inest animus, sidera quam homines consideranda sunt. ceterum in corporum motibus si, ut soles, diligenter adtendas, nihil omnino a duobus idem fieri potest. an tu, cum deambulamus simul, satis idem nos agere existimas? absit a prudentia tua. septentrioni namque uicinior nostrum qui deambulat, aut alterum pari motu antecedat aut tardius ingrediatur necesse est; neutrum tamen sentiri potest. sed tu, ni fallor, quid intellegamus, non quid sentiamus, expectas. quod si ab axe in meridiem tendamus, coniuncti nobis atque inhaerentes, quantum ualemus, innitamurque marmori leui et aequali uel etiam ebori, tam non potest esse amborum idem motus quam uenae pulsus, quam forma, quam facies. remoue nos et pone Glauciam prolem, nihil egeris. quippe his etiam simillimis geminis tanta est necessitas, ut proprie moueantur, quanta fuit, ut singuli nascerentur.

3 At enim hoc, inquies, rationi tantum; quod autem sol ab astris differt, sensibus etiam clarum atque manifestum est. si magnitudinem me cogis dispicere, nosti de interuallis quam multa dicantur et ad quantum incertum perspicuitas ista reuocetur. sed ut concedam ita esse, ut apparet, sic enim et credo, cuius tandem et sensum fefellit illa proceritas Naeuii pede longioris, quam qui est sex longissimus? cui te credo

1 contemplare, *corr.* contemplari *P* uel si] ut si *R* aut si *a e f* 3 si*ut (*fuit* c) *P* 5 satis] statim *edd. praeter a* 7 motu] m̊ $P^1$ 8 neutrum *om. L* 9 non] num *LP* (*corr.* non) 10 quid, *corr. m. 1* quod *L* 11 innitamur quae (quae *del. et supra* q;) *P* nitamurque *U* marmori] inaniori *U* leni *LPRP*¹ *a* 14 clauciam *uel* dauciam *L* audaciam (au *exp. et ante* c *add.* u) *P* clauciam *RP*¹ dauciam *VU* aliam *a* illam *e* illam Glauciam *f r* proleui *VU* 15 simillimis] si in illis *R a e f* 16 quanta est fuit (est *exp.*) *U* 18 astri *L* 19 despicere *LP*¹*V a* despi|spicere *U* displicere *R* aspicere *l r* respicere *e f m* 20 discantur *VU* perspicuitas] perspici ueritas *V* ueritas perspici *U* 21 enim] eum *R* 22 et *om., m. 2 in marg. add. U* ne.vii. *L* neujj (*super* ujj *add.* ·VII·) *P* ne septem *RP*¹ *edd. praeter m* ne illa septem *VU* 23 pede, *corr.* pedum *P* pedum *P*¹*VU l r* pedes *a e f* quamque .vi. *L* quam quae uj (.vi. *super* uj) *P* quamq; sex *R* quam ex se *P*¹ quamque



Digitized by Google

nimium quaesisse hominem aequalem et, cum minime repperisses, usque in eius formam nostram epistulam tendere uoluisse. quare cum in terris quoque tale aliquid existat, nihil de caelo puto esse mirandum. si autem te mouet, quod praeter solem nullius sideris lumen implet diem, quis, quaeso te, hominibus tantus apparuit quantus homo ille, quem deus suscepit longe aliter quam ceteros sanctos atque sapientes? quem si cum aliis hominibus conferas, maiore distantia continentur quam conlatione solis cetera sidera. quam sane similitudinem diligenter intuere. fieri enim potest mente, qua excellis, ut quandam quaestionem de homine Christo a te propositam transeuntes dissoluerimus.

4 Item quaeris, utrum summa illa ueritas et summa sapientia, forma rerum, per quam facta sunt omnia, quem filium dei unicum sacra nostra profitentur, generaliter hominis, an etiam uniuscuiusque nostrum rationem contineat. magna quaestio. sed mihi uidetur, quod ad hominem faciendum adtinet, hominis quidem tantum, non meam uel tuam ibi esse rationem; quod autem ad orbem temporis, uarias hominum rationes in illa sinceritate uiuere. uerum hoc cum obscurissimum sit, qua similitudine inlustrari possit, ignoro, nisi forte ad artes illas, quae insunt animo nostro, confugiendum est. nam in disciplina metiendi una est anguli ratio, una quadrati. itaque quotiens demonstrare angulum uolo, non nisi una ratio anguli mihi

sex *V* quam quae sex *U l r* quamquam sex *a e f* quam qui est sex *m* longissimis, *corr. m. 1* longissimus *L* longissimus, *ras.* longissimis *P* ongissimis $P^1$*VU l r* longissima *a e f*

1 hominem nimium quesisse $P^1$ 3 aliquid tale *l r m* 6 quantus] quā *R a* ille homo $P^1$ *l r m* 7 suscepit] assumpsit *U* 8 sapientibus *VU m* maiori $PP^1$*VU l r m* continetur *R a e f m* 11 a te proposita *LP* ad id propositam *R a e f* 12 dissoluerenius *LPR a* 13 quaeres, *corr.* quaeris *P* sapienti *LP* (*super* ti *add.* a et) 14 forma] et forma $P^1$*VU f l r m* per quem *l m* quem, *corr.* quae *P* 15 homines, *corr.* hominis *P* 18 meum, *corr. m. 1* meam *U* ∗ibi (b *corr. ex* h) *P* 20 cum hoc $P^1$ 23 angulum, *corr.* anguli *P* 24 angulo, *corr.* angulum *P*

Digitized by Google

occurrit; sed quadratum nequaquam scriberem, nisi quattuor simul angulorum rationem intuerer. ita quilibet homo una ratione, qua homo intellegitur, factus est; at ut populus fiat. quamuis et ipsa una ratio, non tamen hominis ratio, sed hominum. si igitur pars huius uniuersi est Nebridius, sicut est, et omne uniuersum partibus confit, non potuit uniuersi conditor deus rationem partium non habere. quam ob rem quod plurimorum hominum ibi ratio est, non ad ipsum hominem pertinet, quamquam miris rursum modis ad unum omnia redigantur. sed tu id commodius cogitabis. his contentus sis interim peto, quamquam iam excesserim Naeuium.

## XV.

### ROMANIANO AUGUSTINUS.

1 Non haec epistula sic inopiam chartae indicat, ut membranas saltem abundare testetur? tabellas eburneas, quas habeo, auunculo tuo cum litteris misi. tu enim huic pelliculae facilius ignosces, quia differri non potuit, quod ei scripsi, et tibi non scribere etiam ineptissimum existimaui. sed tabellas, si quae ibi nostrae sunt, propter huius modi necessitates mittas peto. scripsi quiddam de catholica religione, quantum dominus

1 sed] si *L* 4 una ipsa *VU* ratio sed] ratioso *L* 6 cum sit *R a* consistit *P*[1] 7 partium rationem *R a e f* 8 plurimum *LP* primum *R a* prima *e f* hominem (*super* em *m. 1 add.* um) *R* ibi hominum *U* ad**ipsum (ad *eras. ?*) *L*

*Idem codices, qui in ep. XIV.*

ad romanianum eiusdem *LP* epistula augustini ad romanianum *R* epistula sancti augustini ad romanianum *P*[1]*VU; inscriptio deest in codd. et edd. praeter P m* 16 testatur, *corr.* testetur *P* 17 abunculo *LP* (*corr.* auunculo) a uinculo *R* 18 ignoscis *LR a e* 19 rescribere *R edd. praeter m* scriberem (m *del.*) *U* iudicaui, *in marg. m. 2 al* existimaui *U* 20 necessitatis, *corr.* necessitates *P* 21 quidam, *corr. m. 1* quiddam *P*



Digitized by Google

dare dignatus est, quod tibi uolo ante aduentum meum mittere, si charta interim non desit. tolerabis enim qualemcumque scripturam ex officina Maiorini. de codicibus praeter libros de Oratore totum mihi excidit. sed nihil amplius rescribere potui, quam ut ipse sumeres, quos liberet, et nunc in eadem maneo sententia. absens enim quid plus faciam, non inuenio.

2 Gratissimum mihi est, quod in ultima epistula me participem domestici tui gaudii facere uoluisti. sed

Mene salis placidi uultum fluctusque quietos
ignorare iubes?

quamquam nec me iubeas nec ipse ignores. quare si ad melius cogitandum quies aliqua data est, utere diuino beneficio. nec enim nobis debemus, cum ista proueniunt, sed illis, per quos proueniunt, gratulari, quoniam iusta et officiosa et pro suo genere pacatior atque tranquillior rerum temporalium administratio recipiendorum aeternorum meritum gignit, si non teneat, cum tenetur, non implicet, cum multiplicatur, si non, cum ......... putatur, inuoluat. ipsius enim ueritatis ore dictum est: Si in alieno fideles non fuistis, uestrum quis dabit uobis? laxatis ergo curis mutabilium rerum bona stabilia et certa quaeramus, superuolemus terrenis opibus nostris. nam et in mellis copia non frustra pennas habet apicula; necat enim haerentem.

10 Verg. Aen. V 848—849 20 Luc. 16, 12

1 ante aduentum meum uolo *U* 3 maiori//ni (*parua ras.*) *P* maiori ni *R* maiorum *VU edd.* 4 totum] tantum $P^1$ 6 faciem, *corr. m. 1* faciam *U* 9 gaudii tui $P^1$ 10 sali• *V* sali *U* placidum, *corr.* placidi *U* fluctumque *LR* quieos *LP* (*corr.* quietos) *R* 12 nec me] me *L* 14 debemus nobis *R edd.* illos *U* 16 ministratio, *corr. m. 1* administratio *P* 17 tenet $P^1VU$ 18 nec *flrm* non co, *corr.* non cum *P* 19 putatur] pacatur *edd.; lacunam significaui* 20 uestrum] quod uestrum est $P^1VU$ *edd. sec. Vulg.* quid *R* 22 operibus $LPP^1V$ (er *eras.*) *aef* 23 frustra• *V* 24 auicula $P^1VU$

Digitized by Google

## XVI.

1 Auens crebro tuis affatibus laetificari et instinctu tui sermonis, quod me paulo ante iucundissime salua caritate pulsasti, paria redhibere non destiti, ne silentium meum paenitudinem appellasses. sed quaeso, ut, si haec quasi seniles artus esse duxeris, benignarum aurium indulgentia prosequaris. Olympum montem deorum esse habitaculum sub incerta fide Graecia fabulatur. at uero nostrae urbis forum salutarium numinum frequentia possessum nos cernimus et probamus. et quidem unum esse deum summum sine initio, sine prole naturae ceu patrem magnum atque magnificum quis tam demens, tam mente captus neget esse certissimum? huius nos uirtutes per mundanum opus diffusas multis uocabulis inuocamus, quoniam nomen eius cuncti proprium uidelicet ignoramus. nam deus omnibus religionibus commune nomen est. ita fit, ut, dum eius quasi quaedam membra carptim uariis supplicationibus prosequimur, totum colere profecto uideamur.

2 Sed inpatientem me esse tanti erroris dissimulare non possum. quis enim ferat Ioui fulmina uibranti praeferri Migginem,

*E* = *cod. Ashburnhamensis 75 s. IX—X.*
*H* = *cod. Palatinus 211 s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

Exemplum epistulae maximi grammatici madaurensis ad augustinum *E*; maximi grammatici madaurensis ad agustinum *H*; incipit epistula maximi grammatici madaurensis ad augustinum *MAP* (mad *add. m. 2*); epistula maximi madaurensis ad augustinum *R*; *inscriptio deest in codd. et edd.* 2 abens *P* habens *H* (ha *in ras. m. fortasse 3*) *MAR a e* affectibus *R* (*m. 1 supra* ł affatibus) *MA* instincto (*m. 1 corr.* u) *E* 3 quo *HMA* (o *ex corr.*) *PR edd.* pulsati, *corr. m. 1* pulsasti *P* 4 redibere *EP* 5 appellares *edd.* 6 olympium *E* 7 gr͂a *MA* grãe *P* 8 fabulantur *P* at, *corr. uid.* et *H* 9 et quidem] equidem *HMAPR edd.* 10 seu *codd. a* 11 adque *H* 13 quod *R* 16 carptī in uariis *P* captim uariis *H* captiuariis *E* 18 dissumulare *R* 19 iobi, *m. 3* ioui *H* migiginem *A* ignem *E* Mygdonem *edd.*

Digitized by Google

Iunoni, Mineruae, Veneri Vestaeque Sanamem et cunctis, pro nefas! diis inmortalibus archimartyrem Namphamonem? inter quos Lucitas etiam haud minore cultu suspicitur atque alii interminato numero, diis hominibusque odiosa nomina, qui conscientia nefandorum facinorum specie gloriosae mortis scelera sua sceleribus cumulantes dignum moribus factisque suis exitum maculati reppererunt. horum busta, si memoratu dignum est, relictis templis, neglectis maiorum suorum manibus stulti frequentant, ita ut praesagium uatis illius indigne ferentis emineat:

Inque deum templis iurabit Roma per umbras.

sed mihi hac tempestate propemodum uidetur bellum Actiacum rursus exortum, quo Aegyptia monstra in Romanorum deos audeant tela uibrare minime duratura.

3 Sed illud quaeso, uir sapientissime, uti remoto facundiae robore atque exploso, qua cunctis clarus es, omissis etiam, quibus pugnare solebas, Chrysippeis argumentis postposita paululum dialectica, quae neruorum suorum luctamine nihil certi cuiquam relinquere nititur, ipsa re adprobes, qui sit iste

10 Lucan. Phars. VII 459

1 iononi *E* (*corr.* iunoni) *A* iunonē *R* uestae quae *H* (*m. 3 corr.* que) *A* uestę* (*fuit* r) |Quae *P* uestam. Et quae *R* uesteque *a* Sanamem et] sana memet *P* sanem et *A* sana mente.et *E* sana mente *R* Sananem et *a e* Sanaem et *cett. edd.* 2 nam phamonem *MAR* nam pahonem *E* Nam Phanionem *a* Namphanionem *cett. edd.* 3 *post* Lucitas *ras. 2—3 l. H* aut *codd.* (*in H m. 3 corr.* haut) suscipitur *E edd. praeter m* adque, *m. 3* atque *H* 4 odiosa, *sed* a *ex corr.* (*m. 3?*) *H* numina *AP a* conscia *codd.* (*in H m. 3 corr.* conscii) *a* 6 cummulantes* *H* exitu *E* 7 reppereunt *A* repperiunt *EM* reperiunt *PR r* memoratum (m *del.*) *E* 8 relectis, *ras. corr.* reiectis *P* neglegentis *E* maorum, *m. 2* maiorum *R* 9 indignae (a *del.*) *E* ferentes, *m. 1 corr.* ferentis *E* 10 in quae, *corr.* (*m. 1?*) inq; *H* in quae *a* iurauit *HMAPR edd. praeter r* 11 actiaticum *HMAR* attiaticum *EP a* 12 rursus (s *ex ras. et corr. m. 1, fuit* m) *E* 13 audeat, *corr. m. 1* audeant *H* 14 utere moto (d *superscr.*) *E* uti remo (*m. 2 add.* to) *M* 15 roborare (ra *del.*) *H* adque *H* at *A* exemploso *E* clarior es *M* clariores *A* claribus*es (*fuit* s), *m. 3 corr.* clarior es *H* 17 lactamine *MA* laetamine, *m. 3 corr.* luctamine *H* 18 qui, *corr. m. ut uid. 1* quis *P* quis *H edd.* quid *R*

Digitized by Google

deus, quem uobis Christiani quasi proprium uindicatis et in locis abditis praesentem uos uidere componitis. nos etenim deos nostros luce palam ante oculos atque aures omnium mortalium piis precibus adoramus et per suaues hostias propitios nobis efficimus et a cunctis haec cerni et probari contendimus.

4 Sed ulterius huic certamini me senex inualidus subtraho et in sententiam Mantuani rhetoris libenter pergo:

Trahat sua quemque uoluptas.

post haec non dubito, uir eximie, qui a mea secta deuiasti, hanc epistulam aliquorum furto detractam flammis uel quolibet pacto perituram. quod si acciderit, erit damnum chartulae, non nostri sermonis, cuius exemplar penes omnes religiosos perpetuo retinebo. dii te seruent, per quos et eorum atque cunctorum mortalium communem patrem uniuersi mortales, quos terra sustinet, mille modis concordi discordia ueneramur et colimus.

## XVII.

1 Seriumne aliquid inter nos agimus, an iocari libet? nam

8 Verg. Buc. II 65

2 enim *E* 3 adque *H* mortalium *om., m. 2 add. M* 4 pius, *m. 2* piis *M* 5 haec cerni, *sed* ni *ex corr.* (*m. 1 ?*) *H* haec ceri, *quo deleto m. 2 supra* exerceri *M* 6 certamine senex *A* certamini minime sexus (*m. 1 supra* ł sensus) *R* inualidos *R* 7 sententia *E* mantuani (i *in ras. m. 2*) *P* retoris, *sed* r *ex ras. et corr.* (*fuitne* h *?*) *et post* t *m. 2 add.* h *P* 8 trahat, *supra m. ut uid. 1* trahit *P* trahit *M* (*corr. m. 1* trahat) *edd. sec. Verg.* uolumptas *H* uoluntas *E* 9 uir *om. R* eximi*e (*fuit* a) *E* quia mea *EM a* quia in ea *R* deui*asti *P* 10 uel quolibet *om. E* 11 castulae *H* 12 nostri* (s *eras. ?*) *E* reliosus, *m. 2* religiosos *M* 13 adque *H* 14 patrem] patrem et *M* 15 melle *A* 16 explicit maximi grammatici *E* explicit epistula *M* explicit epistula maximi grammatici aurensis (*m. 2* madaurensis) ad augustinum *P*

*Idem codices, qui in ep. XVI.*

Incipit sancti augustini ad maximum grammaticum *E* augūst. ad maximum grammaticum *H* incipit epistula augustini ad maximum grammaticum *MP* epistula augustini ad maximum *A* rescriptum augustini ad maximum *R*; *inscriptio deest in codd. et edd.* 18 ceriumne (*super* i *add.* t) *A* seriemne, *m. 3* serione *H* nam] non *P*

Digitized by Google

sicut tua epistula loquitur, utrum causae ipsius infirmitate. an morum tuorum comitate sit factum, ut malles esse facetior quam paratior, incertum habeo. primo enim Olympi montis et fori uestri comparatio facta est, quae nescio quo pertinuerit, nisi ut me commonefaceret et in illo monte Iouem castra posuisse, cum aduersus patrem bellum gereret, ut ea docet historia, quam uestri etiam sacram uocant, et in isto foro recordarer esse in duobus simulacris unum Martem nudum, alterum armatum, quorum daemonium infestissimum ciuibus porrectis tribus digitis contra conlocata statua humana comprimeret. ergone umquam ego crediderim mentione illius fori facta numinum talium memoriam mihi te renouare uoluisse, nisi iocari potius quam serie agere maluisses? sed illud plane, quod tales deos quaedam dei unius magni membra esse dixisti, admoneo, quia dignaris, ut ab huius modi sacrilegis facetiis te magnopere abstineas. si quidem illum deum dicis unum, de quo, ut dictum est a ueteribus, docti indoctique consentiunt, huiusne tu membra dicis esse, quorum iam immanitatem uel, si hoc mauis, potentiam mortui hominis imago compescit? plura hinc possim dicere; uides enim pro tua prudentia, quam late locus iste pateat reprehensioni. sed me ipse cohibeo, ne a te rhetorice potius quam ueridice agere existimer.

1 causae *om.* *A* an morum] annorum *H* (*m. 3* an annorum) *P* 2 comitatu *A* 3 paratior, *corr.* (*m. 1?*) peritior *E* 5 me *om.* *E* et *om. edd. praeter a* 6 bella *edd.* doceat (a *exp. m. 2*) *M* 7 sacra *EMA* in *om., m. 2 add.* *M* isto *om.* *R* 8 diebus *E* 9 demonum *A* 10 perrectis, *corr. m. 1* porrectis *E* prorectis *A* 12 nominum, *m. 2* numinum *P* memoria *E* 13 iocari *ras. ex* locari *H* iocare, *m. 2* iocari *M* quãę *E* serie, *m. 2* serio *MP* serio *edd.* maluisse *M* 14 tales uiros deos *M* 15 qua *H* sacre legis *P* faceti iste *HM* facetius te *A* 16 magno opere *H* (*corr.* magnopere) *M* 17 est *om.* *E* 18 tu *om.* *P* quorum i*mmanitatem (*in ras. fuisse uid.* a) *H* quorum immanitatem *EMPR edd.* 19 ma*uis *E* 20 possim *E* (*corr. m. 1* possem) *P* (*corr.* possem) possum *M* possem *edd.* dicire *H* 21 locus late *edd.* reprehensioni* (s *eras.*) *E* ipsi, corr. ipse *P*

Digitized by Google

2 Nam quod nomina quaedam mortuorum Punica collegisti, quibus in nostram religionem festiuas, ut tibi uisum est, contumelias iaciendas putares, nescio, utrum refellere debeam, an silentio praeterire. si enim res istae tam uidentur leues tuae grauitati, quam sunt, iocari mihi non multum uacat; si autem graues tibi uidentur, miror, quod nominum absurditate commoto in mentem non uenerit habere uos et in sacerdotibus Eucaddires et in numinibus Abaddires. non puto ego ista tibi, cum scriberes, in animo non fuisse, sed more humanitatis et leporis tui commonefacere nos uoluisti ad relaxandum animum, quanta in uestra superstitione ridenda sint. neque enim usque adeo te ipsum obliuisci potuisses, ut homo Afer scribens Afris, cum simus utrique in Africa constituti, Punica nomina exagitanda existimares. nam si ea uocabula interpretemur, Namphamo quid aliud significat quam boni pedis hominem? id est, cuius aduentus adferat aliquid felicitatis, sicut solemus dicere secundo pede introisse, cuius introitum prosperitas aliqua consecuta sit. quae lingua si inprobatur abs te, nega Punicis libris, ut a uiris doctissimis proditur, multa sapienter esse mandata memoriae; paeniteat te certe ibi natum, ubi huius linguae cunabula recalent. si uero et sonus nobis noster non rationabiliter displicet et me bene interpretatum illud uocabulum recognoscis, habes quod suscenseas Vergilio

1 numina *P* Punica mortuorum *edd.* 3 reuellare, *corr. m. 1* refellere *H* 4 an] aut *P* res istae] resisterē *A* uidentur tam *edd.* 6 minor, *corr. m. 1* miror *H* 7 commota *A* in mente *E* habere* uos *P* habere et uos *M* haberet uos *A* habere tuos *H edd.* 8 euchaddares *HMAPR* auchadares *E* eucaddares *a; cf. P. Schroeder die phoenikische Sprache p. 266 et tab. XVI, 7* in nominibus *HMA* 10 communefacere, *m. 2* commonefacere *M* commune facere *A* 14 numina *P* 15 nam famo *codd.* Nam Phanio *a* Namphauio *cett. edd.* pedis *om. R* pedes *HMAP* (*m. 2* pedis) 17 secundo prospero|gressu pede *M* quis, *m. 2* cuius *E* introiptum *E* 18 abs* (t *eras.*) *A* 19 a uiris] auris *HM* (*m. 2* a uiris) a ueris *P* produntur *A* 22 noster *om. EPR edd.* nostra *HM* dispicet *M* (*corr. m. 1* displicet) *R* interpretatur, *corr.* interpretatū *E*

Digitized by Google

tuo, qui Herculem uestrum ad sacra, quae illi ab Euandro celebrantur, inuitat hoc modo:

Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo.

secundo pede optat ut ueniat. ergo uenire optat Herculem Namphamonem, de quo tu multum nobis insultare dignaris. uerum tamen si ridere delectat, habes apud uos magnam materiam facetiarum: deum Stercutium, deam Cluacinam, Venerem Caluam, deum Timorem, deum Pallorem, deam Febrem et cetera innumerabilia huiusce modi, quibus Romani antiqui simulacrorum cultores templa fecerunt et colenda censuerunt. quae si neglegis, Romanos deos neglegis, ex quo intellegeris non Romanis initiatus sacris, et tamen Punica nomina tamquam nimium Romanorum altaribus deditus contemnis ac despicis.

3 Sed mihi uideris omnino plus quam nos fortasse illa sacra nihili pendere, sed ex eis nescio quam captare ad huius uitae transitum uoluptatem, quippe qui etiam non dubitaueris ad Maronem confugere, ut scribis, et eius uersu te tueri, quo ait:

Trahit sua quemque uoluptas.

nam si tibi auctoritas Maronis placet, sicut placere significas, profecto etiam illud placet:

3 Verg. Aen. VIII 302   20 Verg. Buc. II 65

2 cebrabantur. *corr. m. 1* celebrabantur *E*   3 dexter•adi pede *E* dextera di pede *M* dextra dipede *A* dexter ad (d *exp.*) pede *P* dextera dī pede *H*   4 Herculem optat *edd.*   5 nam famonem *EHMP* non famonem *AR* non Phanionem *a e* Namphanionem *cett. edd.*   digneris, *m. 2* dignaris *P*   7 cluatiam, *m. 2* cloacinam *P* cloacinam *E edd.*   8 uenere in clauam *H* uc nerā caluam *M*   9 febres, *corr. m. 1* febrē *P*   huiuscedi, *corr. m. 1* huiuscemodi *M*   quibus *om. M*   11 ramonos, *m. 2* romanos *M* ramanos. *m. 2* romanos *P*   12 intellegis *E*   ramanis. *corr.* (*m. 1?*) romanis *M*   initiatos, *corr.* (*m. 1?*) initiatus *P* initiari *A*   numina *AP edd. praeter m*   13 nimium, *m. 2* numinum *E* numinum *edd.*   contemnis *om. A*   16 nihil i•pendere *E* nihil pendere *HMA*   17 uitae *om., m. 2 add. M*   18 moronem *A*   uersu te] uersutiā *P*   20 trahit. *corr.* (*m. 1?*) trahat *E* trahis. *corr. m. 1* trahit *M* uoluntas *E*

Primus ab aetherio uenit Saturnus Olympo
arma Iouis fugiens et regnis exul ademptis

et cetera, quibus eum atque huius modi deos uestros uult intellegi homines fuisse. legerat enim ille m*ysticam* historiam uetusta auctoritate roboratam, quam etiam Tullius legerat, qui hoc idem in dialogis plus, quam postulare auderemus, commemorat et perducere in hominum notitiam, quantum illa tempora patiebantur, molitur.

4 Quod autem dicis eo nostris uestra sacra praeponi, quod uos publice colitis deos, nos autem secretioribus conuenticulis utimur, primo illud abs te quaero, quo modo oblitus sis Liberum illum, quem paucorum sacratorum oculis committendum putatis. deinde tu ipse iudicas nihil aliud te agere uoluisse, cum publicam sacrorum uestrorum celebrationem commemorares, nisi ut nobis decuriones et primates ciuitatis per plateas uestrae urbis bacchantes ac furentes ante oculos quasi specula poneremus. in qua celebritate si numine inhabitamini, certe uidetis, quale illud sit, quod adimit mentem; si autem fingitis, quae sunt ista etiam in publico uestra secreta? uel quo pertinet tam turpe mendacium? deinde cur nulla futura canitis, si uates estis? aut cur spoliatis circumstantes, si sani estis?

5 Cum igitur haec nos et alia, quae nunc praetermittenda existimo, per epistulam tuam feceris recordari, quid nos derideamus deos uestros, quos abs te ipso subtiliter derideri nemo

1 Verg. Aen. VIII 319—320  5 cf. Cic. de nat. d. I 42, 119

1 prius, *corr. m. 1* primus *H*  aethereo *A edd.*  olypo, *m. 2* olўpo *E*  2 exul adeptus *A* exua (*supra add.* l) demtis, *m. 2* exul ademptis *E*  3 adque *H*  huiusce modi *R edd.*  4 ille mysticam *scripsi;* ille multam *codd.* *a e m* Euhemeri *f l r*  7 quãtũ, *m. 2* quantũ *M*  8 patiebatur, *corr. m. 1* patiebantur *A*  9 eo] eos *E* e (*exp.*) *P*  quo *R*  10 sacretioribus, *m. 2* secretioribus *E*  11 liberum (e *exp. m. 2*) *P*  12 comitendum, *m. 2* committendum *M*  putes *A*  15 plurimates *A*  ciuitates, *corr. m. 1* ciuitatis *R*  16 qu*a (i *eras.*) si *E*  spectula, *m. 2* spectacula *M* spectacula *EPR edd.*  17 in quas celebritate sin (*corr. m. 1* celebritates in) numine *E* in qua celebritates in umine *H* in qua celebritate sine numine *P*  21 uatis, *corr.* uates *E*  23 nos] nos non *edd.*  24 deo, *m. 2* deos *A*  ipso* (*fuit* s) *E*  nemo non *om. A*

Digitized by Google

non intellegit, qui et ingenium tuum nouit et legit litteras tuas? itaque si aliquid inter nos de his rebus uis agamus, quod aetati prudentiaeque tuae congruit, quod denique de nostro proposito iure a carissimis nostris flagitari potest, quaere aliquid nostra discussione dignum et ea pro uestris numinibus cura dicere, in quibus non te causae praeuaricatorem putemus, quod nos magis commoneas, quae contra illos dici possint, quam pro eis aliquid dicas. ad summam tamen ne te hoc lateat et in sacrilega conuicia inprudentem trahat, scias a Christianis catholicis, quorum in uestro oppido etiam ecclesia constituta est, nullum coli mortuorum, nihil denique ut numen adorari, quod sit factum et conditum a deo, sed unum ipsum deum, qui fecit et condidit omnia. disserentur ista latius ipso uero et uno deo adiuuante, cum te grauiter agere uelle cognouero.

## XVIII.

### AUGUSTINUS CAELESTINO.

1 O utinam possem assidue tibi aliquid dicere! id autem aliquid est, ut curis exueremur inanibus et curis indueremur

2 his de *flrm* 3 tuae *om. E* tuae prudentiaeque *edd.* 4 a *om. A* 5 discursione, *m. 1 supra* ł discussione *R* ut, *m. 1 supra* et *R* 6 nominibus *HM* cur adicere *H* cura dicer *E* 7 quo *edd.* 8 disci *H* (s *del.*) *M* (s *eras.*) *A* possunt *edd.* summum *A* 9 conuincia (n *del.*) *H* 10 trahit, *m. 2* trahat *M* a *om. A* 11 ecclesia etiam *R* 12 nomen *H* (*m. 1? corr.* numen) *M* adorare *P* 13 ipsū *ex* ipsā *m. 1 M* 14 latius] saluti *E* explicit ad maximum grammaticum *E* explicit epistula augustini ad maximum grammaticum madaurensis *M* explicit episcopi augustini ad maximum grammaticum madaurensis (*m. 2* madaurensem) *P*

*L = cod. Laudunensis 134 s. IX.*
*O = cod. Bodleianus Laud. misc. 133 s. X in.*
*P = cod. Parisinus 12210 s. X.*
*R = cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*P*$^1$ *= cod. Parisinus 2983 s. XII.*

*Inscriptionem om. LOPR* (incipit epistula sancti augustini ad celestinum *O* augustini ad caelestinum *P* epistula augustini ad celestinum *R*) 18 dicere—aliquid *om., in marg.* (*m. 1?*) *add. P*

Digitized by Google

utilibus. nam de securitate nescio utrum quicquam in hoc mundo sperandum sit. scripsi nec recepi ulla rescripta. misi aduersum Manichaeos libros, quos paratos et emendatos mittere potui, nec quicquam ex illis iudicii motusque uestri notum mihi factum est. nunc eos repetere iam me, uos autem restituere conuenit. peto itaque, ne differatis eos remittere cum rescriptis, quibus nosse cupio, quid de illis geritis uel adhuc ad illum errorem expugnandum quid armaturae uobis opus esse arbitremini.

2 Sane quoniam te noui, accipe hoc quiddam grande et breue. est natura per locos et tempora mutabilis, ut corpus, et est natura per locos nullo modo, sed tantum per tempora etiam ipsa mutabilis, ut anima, et est natura, quae nec per locos nec per tempora mutari potest, hoc deus est. quod hic insinuaui quoquo modo mutabile, creatura dicitur; quod inmutabile, creator. cum autem omne, quod esse dicimus, in quantum manet dicamus et in quantum unum est, omnis porro pulchritudinis forma unitatis sit, uides profecto in ista distributione naturarum, quid summe sit, quid infime et tamen sit, quid medie, magis infimo et minus summo, sit. summum illud est ipsa beatitas; infimum nec beatum potest esse nec miserum; quod uero medium, uiuit inclinatione ad infimum misere, conuersione ad summum beate uiuit. qui Christo credit, non diligit infimum, non superbit in medio atque ita summo inhaerere fit idoneus. et hoc est totum, quod agere iubemur, monemur, accendimur.

1 de seueritate te nescio *R* 2 scripsit (t *exp.*) $P^1$ 4 nostri *edd.* 7 qđ $P^1$ geratis $P^1$ 8 uobis *om.* $P^1$ 10 quiddam] quedam $P^1$ 14 potest// (*parua ras.*) *L* 15 hic] sic $P^1$ quomodo *OR; ras. 6—7 l.* (*in initio* 'quo' *satis dinosci potest*) *L* qđ $P^1$ 16 incommutabile *R* 19 unitas *edd.* 20 qđ $P^1$ qđ $P^1$ qđ $P^1$ medie *ex corr. m. 1, fuit* tamen $P^1$ magisque $P^1$ maiusque *edd.* 21 ipsa *om.*, (*m. 1?*) *add. P* 22 nec] quod nec *edd.* esse potest *edd.* 23 uiuit *om.* $P^1$ miseret *O*

Digitized by Google

## XIX.

### GAIO AUGUSTINUS.

Ut abs te abscessimus, dici non potest, quanta suauitate nos perfuderit recordatio tui ac saepe perfundat. recolimus enim ardore inquisitionis tuae, cum esset mirabilis, non fuisse perturbatam modestiam disputandi. nam neque flagrantius percontantem neque tranquillius audientem quemquam facile inuenerim. uellem itaque tecum multum loqui; non enim multum esset, quantumcumque esset, si tecum loquerer. sed quia difficile est, quid opus est causas quaerere? prorsus difficile est. erit fortasse aliquando facillimum — ita deus uelit —, nunc certe aliud est. dedi ergo negotium fratri, per quem litteras misi, ut omnia nostra legenda praebeat prudentissimae caritati tuae. non enim aliquid meum inculcabit inuito; noui enim quid benignitatis in nos animo geras. quae tamen lecta si probaueris et uera peruideris, nostra esse non putes, nisi quod data sunt, eoque te conuertas licet, unde tibi quoque est, ut ea probares, datum. nemo enim, quod legit, in codice ipso cernit uerum esse aut in eo, qui scripserit, sed in se potius, si eius menti quoddam non uulgariter candidum et a faece corporis remotissimum lumen ueritatis inpressum est. quod si aliqua falsa atque inprobanda compereris, de humano nubilo inrorata scias et ea uere nostra esse deputes. hortarer autem te ad quaerendum, nisi uidere mihi uiderer hiantia quaedam ora cordis tui; hortarer etiam, ut, quod uerum cognoueris, uiriliter teneas, nisi prae te ferres euidentissimum robur animi et consilii tui. totum enim se mihi

*Idem codices, qui in ep. XVIII.*

2 gaius augustinus $P^1$; *inscriptionem om. R* 3 suauitate* (*fuit* m) *L* 5 ardorem *LOPR* 6 modestiā (∼ *eras.*) *P* 7 neque tranquillius audientem *om. L* 9 quantumcumque esset *om. L* 10 quid] qđ $P^1$ est *om. L* 13 praebeant *L* 14 inculpabit, *m. 1 corr.* inculcabit $P^1$ 15 qđ $P^1$ 16 si lecta *l r m* lecta (*om.* si) $P^1$ *a e f* et *om.* $P^1$ *a e f* 17 quia $P^1$ *edd.* 21 sed *edd.* 22 falsa aliqua *edd.* 23 comperis $P^1$ uera *LR* nostra] nona *O* 24 ad] at *L* indere $P^1$ 25 hora *L* tui (i *in ras.*) *P* 26 per $P^1$

Digitized by Google

breui tempore prope discussis corporis tegumentis, quod in te uiuit, aperuit. neque ullo modo siuerit domini nostri misericordissima prouidentia, ut a catholico Christi grege tu uir tam bonus et egregie cordatus alienus sis.

## XX.

### AUGUSTINUS ANTONINO.

1 Cum a duobus tibi scripta deberentur, cumulatissime magis pars reddita est, quod unum nostrum praesentem uides, cuius ex ore cum me quoque accipis, poteram non rescribere, nisi ipso iubente fecissem, quo proficiscente superuacaneum uidebatur esse, quod feci. quapropter fertilius tecum fortasse conloquor, quam si coram adessem, cum et epistulam meam legis et eum audis, in cuius pectore me habitare optime nosti. cum magno gaudio litteras sanctitatis tuae consideraui atque digessi, quod et christianum animum tuum sine ullo fuco iniqui temporis et in nos amicissimum prae se gerunt.

2 Gratulor tibi et gratias ago deo et domino nostro de spe et fide et caritate tua tibique apud eum, quod de nobis tam bene existimas, ut fideles dei seruos esse credas idque ipsum in nobis corde purissimo diligas. quamquam hinc etiam gratulandum beniuolentiae tuae potius quam gratiae agendae sint. tibi enim prodest ipsam diligere bonitatem, quam profecto diligit, qui eum diligit, quem credit bonum, siue ille se ita siue aliter, quam creditur, habeat. unus tantum in hac re

2 nostri] nōi *P* nominis *R* 3 aut *LOP* (a *eras.*) a *om. a e f* gregi *P*¹ *a e f* tu* (*fuit* i) *P* tan, *corr.* tam *P* 4 egregiae *LP* (a *eras.*) alienis (is *ex ras., fuit* us), *in marg. m. 1* ł: nes: *P* sis *om. LOP*

*Idem codices, qui in ep. XVIII et XIX.*

6 augustinus antonio *P*¹ *a e; inscriptionem om. LOPR* (incipit epistula sancti augustini ad antoninum *LOP* epistola augustini ad antonium *R*) 7 cum latissime *LO* collatissime *R* 10 ipso *ex* ipsa? *P* 11 quod] quā *P*¹ 12 et] te *L* (*m. 2 corr.* tu) *O* tu *R* 13 eam, *corr.* eum *P* audis *om.*, (*m. 1?*) *add. P*¹ 21 potius *ex* potuis? *P* gratiae tibi agendae *edd.*

Digitized by Google

cauendus error est, ne quisquam non de homine, sed de ipso hominis bono aliter sentiat, quam ueritas postulat. tu uero, frater dilectissime, qui nullo modo erras credendo uel sciendo magnum bonum esse libenter deo casteque seruire, quemlibet hominum propterea diligas. quod huius boni participem credis, tecum est fructus tuus, etiam si ille non ita sit. quapropter tibi de hac re gratulandum est; illi autem non, si propterea diligitur, sed si talis est, qualem esse existimat, a quo propterea diligitur. quales itaque nos simus quantumque in deum promouerimus, ipse uiderit, cuius non solum de hominis bono, sed de homine ipso non potest errare iudicium. tibi ad mercedem beatitudinis, quod ad hanc rem adtinet, satis est, quod nos tales credens, quales esse oportet seruos dei, toto sinu cordis amplecteris. gratias uero tibi uberes agimus, quod nos cum laudas, tamquam tales simus, mirabiliter hortaris, ut tales esse cupiamus; uberiores etiam, si non solum te commendes orationibus nostris, sed etiam pro nobis orare non praetermittas. gratior enim deo est pro fratre deprecatio, ubi sacrificium caritatis offertur.

3 Paruulum tuum plurimum saluto et secundum praecepta domini salutaria opto grandescere. domui quoque tuae unam fidem et deuotionem ueram, quae sola catholica est, prouenire desidero et precor. in quam rem si quam forte aliam nostram operam necessariam existimas, ne tibi dubites uindicare et communi domino fretus et iure caritatis. illud sane admonuerim religiosissimam prudentiam tuam, ut timorem dei non inrationabilem uel inseras infirmiori uasi tuo uel nutrias diuina

27 I Petr. 3, 7

1 est error *R edd.* 2 tunc $P^1$ 4 quemlibet] cum quemlibet $P^1$ *edd.* 5 hominem *L* diligis *edd.* 6 *post* tecum *m. ut uidetur 1 add.* q, *L* ille] ita, *corr.* (*m. 1?*) ille *L* 7 hac *parua ras.* *L* 13 oportet *om. L* oportet esse *edd.* seruo, *m. 1 corr.* seruos *L* 15 nos conlaudas *LOP* *post* simus *m. ut uidetur 1 add.* et *L* 16 commendis, *corr.* commendes *P* 17 non praetermittas orare pro nobis. gratior est enim deo *edd.* 24 uindicare dubites *edd.* 25 et *om.* $P^1$ *a e* 27 infirmiori—nutrias *om. L*

Digitized by Google

lectione grauique conloquio. nemo enim fere sollicitus de statu animae suae atque ob hoc sine pertinacia inquirendae uoluntatis domini intentus est, qui bono demonstratore usus non dinoscat, quid inter schisma quodlibet atque unam catholicam intersit.

## XXI.

DOMINO BEATISSIMO ET UENERABILI ET IN CONSPECTU DOMINI SINCERA CARITATE CARISSIMO PATRI UALERIO EPISCOPO AUGUSTINUS PRESBYTER IN DOMINO SALUTEM.

1 Ante omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua nihil esse in hac uita et maxime hoc tempore facilius et laetius et hominibus acceptabilius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur, sed nihil apud deum miserius et tristius et damnabilius; item nihil esse in hac uita et maxime hoc tempore difficilius, laborio-

1 fere *om.* $P^1$ *edd. praeter m* 2 ab *L* uoluntati *edd.* 3 que $P^1$ 4 qđ $P^1$ quālibet $P^1$

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
$P^3$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
$P^5$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*

7 et in] in *M f l r m* 8 sincera] sinceritate et *M* ualeriano *A* episcopo *om.* $P^2P^3MFAP^4$ *edd. praeter m* 10 ante omnia] antea, *m. 2* ante omnia $PP^1$ antea $SP^5$ 11 hoc] in hoc (in *exp.*) $P^2$ 12 acceptabili $P^2$ acceptabilius (us *in ras. m. 2; fuisse uid.* b;) $P^3$ episcopi* *F* 13 si perfunctorie (e *in ras. m. 2*) $P^3$ si perfunctoriae, *m. 2* sed si perfunctoriae $P^4$ superfunctoriae *A* adulatorie (e *in ras. m. 2*) $P^3$ sed *del. m. 2* $P^1$ 14 tristi*us $P^1$ ita $P^3$ nihil obesse $P^2$ 15 hoc] in hoc $P^2$



Digitized by Google

sius. periculosius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio. sed apud deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster imperator iubet. quis autem iste sit modus, nec a pueritia nec ab adulescentia mea didici. et eo tempore, quo discere coeperam, uis mihi facta est merito peccatorum meorum — nam quid aliud existimem nescio —, ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.

2 Sed arbitror dominum meum propterea me sic emendare uoluisse, quod multorum peccata nautarum, antequam expertus essem, quid illic agitur, quasi doctior et melior reprehendere audebam. itaque posteaquam missus sum in medium, tunc sentire coepi temeritates reprehensionum mearum, quamquam et antea periculosissimum iudicarem hoc ministerium. et hinc erant illae lacrimae, quas me fundere in nouitate ordinationis meae nonnulli fratres animaduerterunt et nescientes causas doloris mei quibus potuerunt sermonibus, qui omnino ad uulnus meum non pertinerent, tamen bono animo consolati sunt. sed multo, ualde multo amplius expertus sum, quam putabam, non quia nouos aliquos fluctus aut tempestates uidi, quas ante non uideram uel non audieram uel non legeram uel non cogitaueram, sed ad eas euitandas aut perferendas sollertiam et uires meas omnino non noueram et alicuius

2 I Tim. 1, 18—19; II Tim. 2, 4

1 periculosius *om.* *A* 3 imperetor *F* qui *MFA* sit *om.* $P^2$ 4 et] ex, *m. 2* et $P^1$ *om.* *M* 5 nam quid] numquid *M* (*m. 2* nam quid) *FA* 9 quod] cum $PP^1SP^5$ 10 agatur $PP^1S$ *f l r* aga*tur (n *eras.*) $P^5$ doctor $P^2$ reprehendere] et reprehendere *M* 11 postquam $MFAP^4$ *edd. praeter m* 12 coepit (t *eras.*) $P^3$ cepit emeritates *m. 2 corr.* *M* 13 hinc, *m. 2* haec $P^5$ haec *P* 14 lacrimae illae *edd.* in ciuitate ordinationis meae $P^2P^3$ in ciuitate ordinationis meae tempore $MFAP^4$ *edd.* 15 aduerterunt *M* 16 dolores, *corr. m. 1* doloris *F* ad *om.* *M* 17 pertineret $P^2$ 18 ualde] ualde ac *m* 19 nuos, *m. 2* nouos $P^4$ fluctos, *corr. m. 1* fluctus *M* tempestatem $P^2P^3MFAP^4$ (*m. 2* tempestates) *a e f* 20 uideram] noueram $P^2P^3MFAP^4$ *edd.* 21 cogitaueram] cognoueram *A* ad *om.* *A* adea seuitandas *m. 2 corr.* *M* eas *om.* $PP^1SP^5$ perferandas *M* 22 sollertiam aut uires $P^3$ sollertias metui res (*m. 2* uires) *S* solertias metu res (*m. 2* metui uires) $P^1$ meas, *m. 2* meas quas *S*

Digitized by Google

momenti arbitrabar. dominus autem inrisit me et rebus ipsis ostendere uoluit me ipsum mihi.

3 Quod si non damnando, sed miserando fecit — hoc enim spero certe uel nunc cognita aegritudine mea —, debeo scripturarum eius medicamenta omnia perscrutari et orando ac legendo agere, ut idonea ualitudo animae meae ad tam periculosa negotia tribuatur. quod ante non feci, quia et tempus non habui; tunc enim ordinatus sum, cum de ipso uacationis tempore ad cognoscendas diuinas scripturas cogitaremus et sic nos disponere uellemus, ut nobis otium ad hoc negotium posset esse. quod uerum est, nondum sciebam, quid mihi deesset ad tale opus, quale me nunc torquet et conterit. quod si propterea in re ipsa didici, quid sit homini necessarium, qui populo ministrat sacramentum et uerbum dei, ut iam mihi non liceat adsequi, quod me non habere cognoui, iubes ergo, ut peream, pater Ualeri? ubi est caritas tua? certe diligis me? certe diligis ipsam ecclesiam, cui me sic ministrare uoluisti? et tamen certus sum, quod et me et ipsam diligis. sed putas me idoneum, cum ego melius me nouerim, qui tamen nec ipse me nossem, nisi experiendo didicissem.

1 arbitrabar, *m. 2* eas arbitrabar $P^1$ me arbitrabar $P^3P^4$ inrisit autem *M* 2 me uoluit ipsum *M* 3 quid $P^4$ si *om. A* miserando (se *ex ras. et corr. m. ut uid. 1*) $P^4$ 4 cognoui $P^1$ cognouit (t *del.*) *S* aegritudinē meā $P^1$ 5 praescrutari $P^3$ 6 ac] aut *M* 7 ante, *m. 2* antea $P^2$ qui, *m. 2* quia $P^1S$ 8 habuit *M* cum *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) $SP^5$ ipsa *M* 9 uocationis $P^1$ actionis $P^2P^3MFAP^4$ *edd. praeter m* tempore, *m. 3* tempore priusquam *S* diuina, *corr.* (*m. 1?*) diuinas *F* diurnas $P^2$ cogitaremus, *m. 2* dum cogitaremus *P* cogitaremus, *m. 2* accedere cogitaremus $P^1$ cogitare $P^4$ 11 esse] esset *M* quod] et quod $MFAP^4$ *edd.* 12 esset $P^3$ ut, *m. 2* ad $P^1$ ud, *m. 2* ad *S* at, *m. 2* ad $P^4$ nunc me *M* conterit] conterit necessarium $P^3$ 13 proptere, *m. 2* propterea *M* in se ipsa *S* (*m. 2* in re ipsa) $P^3$ ipse ipsa, *m. 2* ipse illud $P^1$ 14 quid, *corr. m. ut uid. 2* quam $P^1$ populum, *m. 2* populo $P^1$ 15 non mihi $P^2P^3FAP^4$ *edd.* 16 pereamn *ex corr. m. 2* $P^5$ precam *P* exprimam *A* parter, *m. 2* pater $P^1$ 17 diliges *M* ipsam diligis *M* 18 ipsum $P^1$ (*corr. m. 1* ipsam) *S* (*m. 2* ipsam) 19 me idoneum, *sed* me *in marg. m. 1* $P^3$ 20 ni *P* dedicissem, *m. 2* didicissem *P*



Digitized by Google

4 Sed dicit fortasse sanctitas tua: uellem scire, quid desit instructioni tuae. tam multa autem sunt, ut facilius possim enumerare, quae habeam, quam quae habere desidero. auderem enim dicere scire me et plena fide retinere, quid pertineat ad salutem nostram. sed hoc ipsum quo modo ministrem ad salutem aliorum n o n q u a e r e n s, q u o d m i h i u t i l e e s t, s e d q u o d m u l t i s, u t s a l u i f i a n t? et sunt fortasse aliqua, immo non est dubitandum esse in sanctis libris conscripta consilia, quibus cognitis et adprehensis possit homo dei rebus ecclesiasticis ordinatioribus ministrare aut certe inter manus iniquorum uel uiuere conscientia saniore uel mori, ut illa uita non amittatur, cui uni christiana corda humilia et mansueta suspirant. quo modo autem hoc fieri potest, nisi, quem ad modum ipse dominus dicit, petendo quaerendo pulsando, id est orando legendo plangendo? ad quod negotium mihi paruum tempus uelut usque ad pascha impetrare uolui per fratres a tua sincerissima et uenerabili caritate et nunc per has preces uolo.

5 Quid enim responsurus sum domino iudici? non poteram ista iam quaerere, cum ecclesiasticis negotiis impedirer? si ergo mihi dicat: s e r u e n e q u a m, si uilla ecclesiae calumniosum aliquem pateretur, cuius fructibus colligendis magna opera inpenditur neglecto agro, quem rigaui sanguine meo, si quid

6 I Cor. 10, 33 14 Matth. 7, 7—8; Luc. 11, 9—10 21 Matth. 18, 32; Luc. 19, 22

3 quâquę (âquę *ex corr. m. 2; fuitne* eq;*?*) *M* quamq; *A* audeo *$P^3MFAP^4$ edd. praeter m* audio *$P^2$* 4 scire *om. $P^3$* 5 ministrarem *P* 10 rebus, *m. 2* rebus et *$P^1$* rebus, *corr. m. fortasse 1* rebus et *S* ordinationibus *$PP^1SP^4P^5$ a* et ordinationibus *e* 11 ui*uere (r *eras.?*) *$P^3$* saniore, *m. 2* saniori *P* 12 uitā *M* om|mitatur *$P^3$* 13 susciperant *$P^2$* 14 ipse *om. M* paenitendo (a *eras. et* ni *m. 2 del.*) *$P^4$* 15 plangendo] agendo *$PP^1SP^5$* 16 parum, *m. 2* paruum *$P^1$* uel *$PP^1SP^3P^5$ e f l r* a *F* pascham (m *eras.*) *$P^1$* impetrari *MFA edd. praeter m* 18 uolui *$P^2$* 19 quid enim] equidem ni (*alia m.* enim *pro* em ni) *$P^2$* responsurus (*postr. l. in ras. m. 1; fuitne* m*?*) *$P^3$* 21 siue illa *M* seu illa *F* si illa *$P^2$* ęcclesia *M* 22 magnam operam penditur *$P^2$* 23 quem] quae *$P^2$*

Digitized by Google

agere pro ea posses apud iudicem terrae, nonne omnibus consentientibus, nonnullis etiam iubentibus et cogentibus pergeres et, si contra te iudicaretur, etiam trans mare proficiscereris? atque hoc modo uel annuam uel amplius absentiam tuam nulla querela reuocaret, ne alius possideret terram non animae sed corpori pauperum necessariam, quorum tamen famem uiuae arbores meae multo facilius mihique gratius, si diligenter colerentur, explerent. cur ergo ad discendam agriculturam meam uacationem temporis tibi defuisse causaris? dic mihi, quid respondeam; rogo te. an forte uis dicam: senex Ualerius dum me omnibus rebus instructum esse credidisset, quanto amplius me dilexit, tanto minus discere ista permisit?

6 Adtende omnia ista, senex Ualeri; obsecro te per bonitatem et seueritatem Christi, per misericordiam et iudicium eius, per eum, tantam qui tibi inspirauit erga nos caritatem, ut ne te nec pro lucro animae nostrae audeamus offendere. sic autem mihi dominum et Christum testem facis innocentiae et caritatis et sinceri affectus, quem circa nos habes, quasi ego non de his iurare omnibus possum. ipsam ergo caritatem et affectum inploro, ut miserearis mei et concedas mihi ad hoc, quod rogaui, tempus, quantum rogaui, atque adiuues me orationibus tuis, ut non sit inane desiderium meum nec

1 posses pro ea *M* poses *F* terrae] terreno $P^2$ 2 nonnullis *ras. ex* nonnullus $P^1$ 3 pergeris $P^2$ proficisceris *P* (*m. 2* proficisceres) $P^2P^3P^4$ (*corr. m. 1* proficiscereris) 4 uel eo amplius *m* 6 animo $P^3$ corporis *M* 7 uiuae (*prima l. ex corr. m. 2*) $P^1$ arboris, *m. 2* arbores $P^1S$ si *om. A* 8 discendum $P^2$ 9 uocationem, *corr.* (*m. 1?*) uacationem $P^1$ uagationem, *m. 2* uacationem $P^4$ defuisset, *m. 2* defuisse *S* 10 an] ante $P^2$ 11 me *om. M* 12 dicere $P^2$ ista discere *P edd.* ista *om. M* 16 qui tibi tantam $PP^1SP^5$ qui tantam tibi $P^4$ *edd.* 17 ne *del. m. 2* $P^1$ *om.* $P^2P^3MFAP^4$ *edd. praeter m* sic** $P^3$ si, *corr. m. 1* sic *F* 18 deum $P^2P^3FAP^4$ *edd.* testem facis] mihi facis testem *M* 19 sincere $P^2$ 20 possum, *ras.* possim $P^1$ possum, *m. 2* possim *S* possim $P^3$ *edd. praeter a* ipsam, *m. 2* per ipsam $P^1$ ipsum $P^2$ 21 et affectum] uel affectum $P^4$ 22 quod rogaui] quod rigaui $P^3$ adiubes $P^3$

Digitized by Google

infructuosa ecclesiae Christi atque utilitati fratrum et conseruorum meorum absentia mea. scio quod illam caritatem pro me orantem maxime in tali causa non despicit dominus et eam sicut sacrificium suauitatis accipiens fortassis breuiore tempore, quam postulaui, me saluberrimis consiliis de scripturis suis reddet instructum.

## XXII.

### AURELIO EPISCOPO AUGUSTINUS PRESBYTER.

I 1 Qua gratia responderem litteris sanctitatis tuae, cum diu haesitans non reperirem — omnia enim uicit affectus animi mei, quem iam sponte surgentem lectio epistulae tuae multo ardentius excitauit —, commisi me tamen deo, qui pro uiribus meis operaretur in me, ut ea rescriberem, quae utrique nostrum studio in domino et cura ecclesiastica pro tua praestantia et mea obsecundatione congruerent. atque illud primum, quod orationibus meis te adiuuari credis, non solum non defugio,

1 infructuosum *A* ecclesia $PP^1$ (*corr.* ecclesiae) $SMFP^5$ utilitas $PP^1$ (*m. 2* utilitatibus) $SP^5$ utiliti *M* 2 sci, *m. 2* scio $P^5$ illa caritate pro me orante $P^2P^3MFA$ *a e* 3 maxime *in fine u. om. M* despicit, *m. 2* dispicit $PP^5$ despitiet $P^4$ despiciet *f l r m* aberit *a e* 4 et eam] etiam $P^4$ breuiori $PSP^5$.

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
$P^3$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus 14480 s. XII.*

8 *Inscriptionem om.* $PP^3$ 9 respondere, *alia m.* responderem *S* respondere $PP^1HP^3$ 10 omnia enim uerba uicit $P^2$ 12 extuauit $P^2$ tamen] iam *edd.* (*Mign.* tamen) qui] quippe $P^2$ 13 rescribere $P^2$ 14 in domino studio *sed signis m. 1 corr.* $P^4$ cura ecclesiastica $P^1$ (*corr. m. ut uid. 1* curae ecclesiasticae) *S* (*m. 2* curae ecclesiasticae) curae ecclesiasticae $PP^3$ (*sed utraque extrema littera* e *postea addita uidetur m. fortasse 1*) $P^4$ presentia $P^2$ 15 obsecundatione, *corr.* obsecundationi $P^3$ obsecundationi *P* congrueret $P^2$ illum, *corr.* illud *S* illum $PP^1$ (*m. 2* illud) $P^2$ 16 non solum non] non solum $PP^1P^3$ diffugio $P^4$

Digitized by Google

uerum etiam libenter amplector. ita enim etsi non meis, at certe tuis me dominus noster exaudiet. quod fratrem Alypium in nostra coniunctione mansisse, ut exemplo sit fratribus curas mundi huius uitare cupientibus, beniuolentissime accepisti, ago gratias, quas nullis uerbis explicare possim; deus hoc rependat in animam tuam. omnis itaque fratrum coetus, qui apud eos coepit coalescere, tanta tibi praerogatiua obstrictus est, ut locis terrarum tantum longe disiunctis ita nobis consulueris tamquam praesentissimus spiritu. quapropter precibus, quantum ualemus, incumbimus, ut gregem tibi commissum tecum dominus sustinere dignetur nec te uspiam deserere, sed adesse *adiutor in opportunitatibus faciens* cum ecclesia sua *misericordiam* per sacerdotium tuum, qualem spiritales uiri ut faciat lacrimis eum gemitibusque interpellant.

2 Scias itaque, domine beatissime et plenissima caritate uenerabilis, non desperare nos, immo sperare nos uehementer, quod dominus et deus noster per auctoritatem personae, quam geris, quam non carni, sed spiritu tuo inpositam esse confidimus, multas carnales foeditates et aegritudines, quas Africana ecclesia in multis patitur, in paucis gemit . . . . . . . . . . . . . . . . conciliorum graui ense et tua grauitate posse sanari. cum

12 Ps. 9, 10; 17, 51

1 at, *m. 2* aut $P$ aut $H$ ut $P^1$ (*m. 2 del.*) $S$ (*corr.* aut) uel *a e om.* $P^4$ *f l r m* 2 tuis] tuis meritis $P^2$ me** (is *eras.?*) $P^1$ meis $PSP^3$ noster] nunc *a e f* 3 in nostra coniunctionem (*corr.* coniunctione) $S$ in nostram coniunctionem $PP^1HP^3P^4$ 5 possim, *m. 2* possum $P$ possum $P^2$ dominus *edd.* 6 omni, *corr. m. 1* omnis $P^1$ eos] nos *edd.* 7 tam $P^2$ 8 disiunctus $P^3$ 9 praesentissimo spiritu $H$ praesentissimum spiritum $PP^1$ (*m. 2 supra* praesens sis spiritu) $S$ (*m. 2* per praesentissimum spiritum) $P^3$ praesens sis spiritu $P^4$ 10 regem, *corr. m. ut uid. 1* gregem $P^3$ regimen $P^2$ regnum $P^1$ (*m. 2 supra ł* gregem) $S$ (*m. 2* regimen) $H$ locum *a e f* 11 uspiam] aspi piciam $P$ aspiciam $P^3$ 12 sua *om.* $P^2$ 13 misericordia, *m. 2* misericordiam $P$ quales, *corr. m. 1* qualem $P^4$ 14 lacrimas, *corr.* (*m. 1?*) lacrimis $P^1$ gemitibusque *om.* $P^2$ interpellat, *corr. m. 1* interpellant $P^2$ 16 sperare nos] sperare $P^2$ *edd.* 17 personā $P^2$ 18 spiritu, *corr.* (*m. 1?*) spiritui $P^1$ spiritui $P^2SP^4$ *edd.* 20 pacis $P^2$ *ante* gemit *m. 4 in marg. add.* non $P^1$ 21 consiliorum *codd. edd.; in marg. ed. Reinhartianae 1668* ał con-

Digitized by Google

enim apostolus tria breuiter genera uitiorum detestanda et uitanda uno in loco posuerit, de quibus innumerabilium peccatorum exurrexit seges, unum horum, quod quidem secundo loco posuit, acerrime in ecclesia uindicatur; duo autem reliqua, id est primum et ultimum, tolerabilia uidentur hominibus atque ita paulatim fieri potest, ut nec uitia iam putentur. ait enim uas electionis: Non in comissationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et inpudicitiis, non in contentione et zelo; sed induite uos dominum Iesum Christum et carnis curam ne feceritis in concupiscentiis.

3 Horum ergo trium cubilia et inpudicitiae ita magnum crimen putatur, ut nemo dignus non modo ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiam sacramentorum communione uideatur, qui se isto peccato maculauerit. et recte omnino. sed quare solum? comissationes enim et ebrietates ita concessae et licitae putantur, ut in honore etiam beatissimorum martyrum non solum per dies sollemnes, quod ipsum quis non lugendum uideat, qui haec non carneis oculis inspicit, sed etiam cotidie celebrentur. quam foeditatem, si tantum flagitiosa et non etiam sacrilega esset, quibuscumque tolerantiae uiribus sustentandam putaremus. quamquam ubi est illud, quod cum multa uitia enumerasset idem apostolus, inter quae posuit ebriosos,

7 Rom. 13, 13—14

ciliorum *idemque coniecerunt Maurini; cf. p. 57, 23; lacunam significaui* graui ense *H* graui ee (*m. 2 super* i *posuit* a *et alterum* e *exp.*) *P* graui esse $P^1S$ (*m. 2* ense) $P^3P^4$ grauitate $P^2$ *edd.* grauitate] uiuacitate $P^2$ *om. edd.* possit *edd.* sanare $P^4$ *edd.*

1 breuiter tria $P^2$ 3 uitiorum *l r m* exhorrescit $P^2$ exurgit $P^4$ *edd.* quidem] dem, *corr. alia m.* quidem *S* de $PP^1$ (*exp. m. 2*) $HP^3$ *om.* $P^2P^4$ *edd.* 5 tolerabiliora $P^4$ 7 in *om. P* (*add. m. 2*) $HP^3$ 8 in *om.* $P^2HP^3$ impuditiis $HP^4$ 9 in *om.* $P^2HP^3$ nec zelo $P^2$ et dolo $PP^1SHP^3P^4$ *edd.; Septuag.* καὶ ζήλῳ, *Vulg.* et aemulatione; *cf. p. 59, 12* induite uos] induite $P^2$ induimini $P^4$ 12 tam *edd.* 13 putantur *edd.* 14 uidea*tur *P* 15 peccato isto *H* maculauit *edd.* et *in fine u. om.* $P^2$ 16 enim *om.* $P^2$ 17 in honorem $P^2$ *edd.* 18 ipsud, *m. 2* ipsum $P^2$ quis (is *in ras.*, i *m. 2*) $P^2$ 19 carnis *edd.* 20 caelebrantur *H* quae foeditas *edd.* 21 esse $P^2$ sustinendam $P^2$

Digitized by Google

ita conclusit, ut diceret: cum talibus nec panem edere? sed feramus haec in luxu et labe domestica et eorum conuiuiorum, quae priuatis parietibus continentur, accipiamusque cum eis corpus Christi, cum quibus panem edere prohibemur: saltem de sanctorum corporum sepulcris, saltem de locis sacramentorum, de domibus orationum tantum dedecus arceatur. quis enim audet uetare priuatim, quod cum frequentatur in sanctis locis, honor martyrum nominatur?

4 Haec si prima Africa temptaret auferre, a ceteris terris imitatione digna esse deberet; cum uero et per Italiae maximam partem et in aliis omnibus aut prope omnibus transmarinis ecclesiis, partim quia numquam facta sunt, partim quia uel orta uel inueterata sanctorum et uere de uita futura cogitantium episcoporum diligentia et animaduersione extincta atque deleta sunt, . . . . . . . . . . . . . . . . dubitare quo modo possumus tantam morum labem uel proposito tam lato exemplo emendare? et nos quidem illarum partium hominem habemus episcopum, unde magnas deo agimus gratias. quamquam eius modestiae atque lenitatis est, eius denique prudentiae et sollicitudinis in domino, ut, etiam si Afer esset, cito illi de scripturis persuaderetur curandum, quod licentiosa et male libera consuetudo uulnus inflixit, sed tanta pestilentia est huius mali, ut sanari prorsus, quantum mihi uidetur, nisi concilii auctoritate non

1 I Cor. 5, 11

2 labe et luxu $P^2$ 7 audet, *m. 2* audeat $P^3$ priuatim uetare $P^2$ negare priuatim *a e* 9 auferret $P^2$ a *om., m. 1 s. u. add.* $P^4$ 10 maximam] maximi maximam $P^2$ 11 marinis *H* 12 partim *om.* $P^2$ numquam—quia *in fine pag. om. P* nusquam $SHP^3P^4$ 13 uera $P^2$ de uita] debita $P^2$ *a e f* 15 sint *edd.* dubitam, *m. 2* dubitare *S* dubitamus $PP^1P^3P^4$ *edd.* non dubitemus $P^2$; *lacunam significaui* quo modo possumus *om.* $P^2$ 16 propisito $P^2$ late *in Mss. esse adnotatum est in l r m idque recepit Migne* 17 hominem illarum partium $P^4$ 18 agimus gratias deo *edd. praeter a* agius, *corr. m. ut uid. 1* agimus $P^1$ 19 atque—prudentiae *om., m. 2 in marg. add.* $P^1$ est *om. H* eiusdemque $P^1$ (*m. 3* eius denique) $P^4$ prouidentiae $P^2$ ac $P^4$ 21 licentiora $P^2$ 22 pestilentia (a *ex* e *m. 1*) *H*

Digitized by Google

possit, aut, si ab una ecclesia inchoanda est medicina, sicut uidetur audaciae mutare conari, quod Carthaginiensis ecclesia tenet, sic magnae inpudentiae est uelle seruare, quod Carthaginiensis ecclesia correxit. ad hanc autem rem quis alius episcopus esset optandus, nisi qui ea diaconus execrabatur?

5 Sed quod erat tunc dolendum, nunc auferendum est non aspere, sed, sicut scriptum est, in spiritu lenitatis et mansuetudinis. dant enim mihi fiduciam litterae tuae, indices germanissimae caritatis, ut tecum tamquam mecum audeam conloqui. non ergo aspere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur, magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. sic enim agendum est cum multitudine, seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. et si quid minamur, cum dolore fiat de scripturis comminando uindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed deus in nostro sermone timeatur. ita prius mouebuntur spiritales uel spiritalibus proximi, quorum auctoritate et lenissimis quidem sed instantissimis admonitionibus cetera multitudo frangatur.

6 Sed quoniam istae in cimiteriis ebrietates et luxuriosa conuiuia non solum honores martyrum a carnali et inperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorum, mihi uidetur facilius

8 Gal. 6, 1; I Cor. 4, 21

1 si ab] sub $PP^3$ (u *ex corr. m. 2*) 2 mutari $P^2$ Carthaginensis *edd.* 3 si, *m. 2* sic $P^1$ quod] quem *a* quae *cett. edd.* 4 Carthaginensis *edd.* 5 esse. *corr.* (*m. 1?*) esset $P^1$ optandis, *corr. m. 1* optandus *S* qui ea, *sed* e *ex corr.* (*m. 1? fuitne* t *?*) $P^2$ qui ea, *m. 2* qui eā $P^3$ 9 fiduciam mihi *S* fiducia, *m. 2* fiduciam $P^1$ 10 indices (s *ex ras. et corr. m. ut uid. 1*) *P* 11 aspere ęstuandū ęstimo $P^2$ 12 modo *om.* $P^2$ imperitio'se *P* imperiosae (a *exp. et super* e *m. ut uid. 1* o *add., sed eras.*) $P^1$ imperiosę $P^2$ imperiose $SHP^3P^4$ ista] ita $PP^3$ dicendo *P* 15 im *S* 16 uindicta futura nec $P^2$ 17 dominus $P^4$ itaque *a e f* primitus $P^2$ 21 cimitheriis *P* cymiteriis $P^2P^3$ climiteriis, *m. 2* cymiteriis *S* coemiteriis *e f l* coemeteriis *r m*

Digitized by Google

illis dissuaderi posse istam foeditatem ac turpitudinem, si et de scripturis prohibeatur et oblationes pro spiritibus dormientium, quas uere aliquid adiuuare credendum est, super ipsas memorias non sint sumptuosae atque omnibus petentibus sine typho et cum alacritate praebeantur neque uendantur; sed si quis pro religione aliquid pecuniae offerre uoluerit, in praesenti pauperibus eroget. ita nec deserere uidebuntur memorias suorum, quod potest gignere non leuem cordis dolorem, et id celebrabitur in ecclesia, quod pie honesteque celebratur. haec interim de comissationibus et ebrietatibus dicta sint.

II 7 De contentione autem et zelo quid me attinet dicere, quando ista uitia non in plebe, sed in nostro numero grauiora sunt? horum autem morborum mater superbia est et humanae laudis auiditas, quae etiam hypocrisin saepe generat. huic non resistitur, nisi crebris diuinorum librorum testimoniis incutiatur timor et caritas dei, si tamen ille, qui hoc agit, se ipsum praebeat patientiae atque humilitatis exemplum minus sibi adsumendo, quam offertur, sed tamen ab eis, qui se honorant, nec totum nec nihil accipiendo et id, quod accipitur laudis aut honoris, non propter se, qui totus coram deo esse debet et humana contemnere, sed propter illos accipiatur, quibus consulere non potest, si nimia deiectione uilescat. ad hoc enim

1 illi *a* illic *cett. edd.* suaderi *PHP*$^3$ suadere *P*$^1$*S* (*m. 1? corr.* suaderi) *P*$^4$ hac turpitudinem *P*$^2$ ac pulchritudinem *PP*$^1$ (*m. 3 ł* turpitudinem) *S* (*m. ut uid. 1 corr.* ad pulchritudinem *et m. 2 add.* mutari) *P*$^3$ 2 dormitientium *P*$^4$ 3 *super* quas *m. 3* quibus *add. sed eras.* *P*$^1$ 4 ipsas] ipsas esse *PP*$^1$ (*in marg. m. 3 ł* eorum) *SHP*$^3$*P*$^4$ ñ/////sint *P*$^4$ 5 typo *PP*$^1$ (*m. 2* typho) *P*$^2$*SP*$^3$ *a* tipho *P*$^4$ *uendantur *P*$^4$ 6 sed si, *alia m.* sed et si *S* quis] q̄| *P*$^2$ relegine, *corr. m. 1* religine, *m. 2* religione *P*$^1$ 7 erogetur *P*$^4$ 8 suorum] mortuorum *P*$^2$ ñ'//// *P*$^4$ 9 pie et honeste *edd.* 11 sunt, *corr. m. 1* sint *S* sunt *PP*$^1$*P*$^3$*P*$^4$ 12 autem *om. H* dolo *PP*$^1$*SHP*$^3$*P*$^4$ *edd.*; *cf. p. 56, 9* 13 im plebe *S* 15 ypocrisin *P*$^2$ hypocrisim *SP*$^4$ *edd. praeter r* huic enim non *H* 16 testimoniorum *P*$^2$ incutiae, *m. 2* incutiatur *P*$^1$ 17 aegit (e *exp.*) *P*$^1$ 18 paenitentiae *P* 19 eis] aliis *P* 21 prop, *m. 2* propter *P*$^1$ quo *H* 22 conten|dere *P* 23 dilectione *PP*$^1$*S* (*m. 2* deiectione) *HP*$^3$*P*$^4$

Digitized by Google

pertinet, quod dictum est: Nemo iuuentutem tuam contemnat, cum ille hoc dixerit, qui alio loco ait: Si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem.

8 Magnum est de honoribus et laudibus hominum non laetari, sed et omnem inanem pompam praecidere et, si quid inde necessarium retinetur, id totum ad utilitatem honorantium salutemque conferre. non enim frustra dictum est: Deus confringet ossa hominibus placere uolentium. quid enim languidius, quid tam sine stabilitate ac fortitudine, quod ossa significant, quam homo, quem male loquentium lingua debilitat, cum sciat falsa esse, quae dicuntur? cuius rei dolor nullo modo animae uiscera dilaniaret, si non amor laudis eius ossa confringeret. praesumo de robore animi tui; itaque ista, quae tecum confero, mihi dico; dignaris tamen, credo, mecum considerare, quam sint grauia, quam difficilia. non enim huius hostis uires sentit, nisi qui ei bellum indixerit, quia, etsi cuiquam facile est laude carere, dum denegatur, difficile est ea non delectari, cum offertur. et tamen tanta mentis in deum debet esse suspensio, ut, si non merito laudemur, corrigamus eos, quos possumus, ne arbitrentur aut in nobis esse, quod non est, aut nostrum esse, quod dei est, aut ea laudent, quae quamuis non desint nobis aut etiam

1 I Tim. 4, 12   2 Gal. 1, 10   7 Ps. 52, 6

2 hoc ille *edd.*   3 placerē (~ *eras.*) $P^4$   5 minantem $PP^1S$ (*m. 2* inanem) $HP^3P^4$   pompam inanem *edd.*   popam, *alia m.* pompam $P^2$   praecedere, *m. 2* praecidere $P^1$   6 ad utilitatem—dictum *om.* $P$   honorandam $P^1SHP^3P^4$   7 dominus $P^4$   8 confringit $H$   hominum placere uolentibus $PP^1$ (*m. 2* hominibus placere uolentibus) $S$ (*m. 2* hominibus placere uolentium) $HP^3$   hominum placere uolentium $P^4$ *edd.; Septuag.* ἀνθρωπαρέσκων, *Vulg.* eorum qui hominibus placent   10 loquentia, *m. 2* loquentium $P$ loquentiam $P^3$   12 nullumodo, *alia m.* nullo modo $P^2$   delaniaret, *m. 2* dilaniaret $P^1$   13 ossa eius *edd.*   confrigeret $P^2$   14 mihi] nihil $P$   15 credo *om.* $P^2$   difficilia] sint difficilia $HP^4$   17 etsi] si *m*   cuiqua $P^2$   laude—difficile est *om.* $P^2$   18 eam $P^1$ (m *del. m. 2*) $S$ (m *del.*) eā (~ *eras.*) $P^3$   20 aut id in $P^2$   21 nostram $P^1$ (*corr. m. ut uid. 1* nostrum) $S$ (*m. 2* nostrum)

Digitized by Google

supersint, nequaquam tamen sint laudabilia, uelut sunt bona omnia, quae uel cum pecoribus habemus communia uel cum impiis hominibus. si autem merito laudamur propter deum, gratulemur eis, quibus placet uerum bonum, non tamen nobis, quia placemus hominibus, sed si coram deo tales sumus, quales esse nos credunt, et non tribuitur nobis sed deo, cuius dona sunt omnia, quae uere meritoque laudantur. haec mihi ipse canto cotidie uel potius ille, cuius salutaria praecepta sunt, quaecumque siue in diuinis lectionibus inueniuntur siue quae intrinsecus animo suggeruntur. et tamen uehementer cum aduersario dimicans saepe ab eo uulnera accipio, cum delectationem oblatae laudis mihi auferre non possum.

9 Haec propterea scripsi, ut, si tuae sanctitati iam non sunt necessaria, siue quod plura ipse huius modi cogites atque utiliora siue quod tuae sanctitati medicina ista non opus sit, mala tamen mea nota sint tibi sciasque, unde pro mea infirmitate deum rogare digneris. quod ut inpensissime facias, obsecro per humanitatem illius, qui praeceptum dedit, ut inuicem onera nostra portemus. multa sunt, quae de nostra uita et conuersatione deflerem, quae nollem per litteras ad te uenire, sed inter cor meum et cor tuum nulla essent ministeria praeter os meum et aures tuas. si autem uenerabilis nobis

18 Gal. 6, 2

1 nequaquam tamen sint *om.* $P^2$ sunt *edd.* uelut] uel ad $P$ uel at $P^3$ omnia bona $P^1P^4$ 3 autemerito $P$ propter deum *om.* $P^2$ 4 uerbum $PP^1$ (b *eras.*) $SP^3$ non] nec $P^4$ nobis *om.* $H$ pro his *a e f* 5 talis, *corr. m. 1* tales $P^4$ 6 quales//// $P^4$ nos esse *edd.* non *om.* $PP^3$ tribuitur, *m. 2* tribuatur $S$ deus, *corr. m. 1* deo $P^1$ 8 ipse, *m. 2 supra* ipsi $P^1$ ipsi $P^4$ tanto $H$ tantos $P^1$ (*m. 2* tantum) $S$ (*m. 2* canto) tantum $P^4$ illo $PS$ (*m. 2* illi) $HP^3$ illos, *m. 2* illi $P^1$ illi $P^4$ 9 inueniantur $H$ 10 quae *om.* $PP^3$ 11 cum hoc aduersario $P^2$ semper $SP^4$ capio *edd.* 12 delectionem, *corr. m. 1* delectationem $P^1$ delectatione $P^2$ delectatione, *m. 2* delectationem $SP^3$ oblectae $P$ 14 huiusmodi ipse $P^2$ *edd.* 15 opus non $H$ 16 tamen mea] tamen ea $P^1P^4$ 18 illis $P^2$ 19 de nostra uita et] de nostra uitae $PP^3$ de uita nostra et *edd.* 20 conuersatione* (m *eras.*) apud te deflerem $P^2$ 21 sed, *m. 2* si $S$ si *edd. praeter a* inter] in $P^2$ ulla *edd. praeter a*

Digitized by Google

omniumque nostrum tota sinceritate carissimus, cuius in te uere fraternam, cum praesens essem, benignitatem studiumque perspexi, senex Saturninus si dignatus fuerit, quando opportunum uidebit, ad nos uenire, quicquid cum eius sanctitate et spiritali affectu conloqui potuerimus, aut nihil aut non multum distabit, ac si cum tua dignatione id ageremus. quod ut nobiscum ab eo petere atque impetrare digneris, tantis precibus posco, quantis uerba nulla sufficiunt. absentiam enim meam tantum longe Hipponienses uehementer nimisque formidant neque ullo modo mihi sic uolunt credere ut et ego uobis.

Agrum fratribus datum prouisione et liberalitate tua didicimus ante epistulam tuam per sanctum fratrem et conseruum nostrum Parthenium, a quo multa alia, quae audire desiderabamus, audiuimus. praestabit dominus, ut etiam cetera, quae adhuc desideramus, impleantur.

3 senes $P^2$ si *eras.* $P^1$ si *del.* *S om.* $P^2P^4$ *edd.* 4 uidebit, *m. 2* uidebitur $P^3$ uidebitur $PP^1SP^4$ *f l r m* uos *P* 6 distauit, *m. 2* distabit $P^1$ sic $P^2$ dignitate $P^4$ 7 petere ab eo $P^4$ 8 poco, *alia m.* posco $P^2$ absentia enim mea $P^2$ 9 tantam $PP^1S$ (tan *del.*) $P^3P^4$ tam $P^2$ ipponenses *S* Hipponenses *edd.* 10 ullumodo $P^2$ cedere *P* et *om.* $P^2$ uobis, *m. 2 in marg.* uideam $P^1$ uideam $P^4$ *Migne* 11 agrum, *m. 2* agrum quem $P^1$ agrum quem $P^4$ *Migne* 14 praestauit, *m. 2* praestabit $P^1$ quae ea adhuc $P^1$ (ea *exp.*) *S* (ea *del.*)

Digitized by Google

## XXIII.

DOMINO DILECTISSIMO ET HONORABILI FRATRI MAXIMINO AUGUSTINUS PRESBYTER ECCLESIAE CATHOLICAE IN DOMINO SALUTEM.

1 Priusquam ad rem ueniam, de qua tuae beniuolentiae scribere uolui, tituli huius epistulae, ne uel te uel alium quempiam moueat, rationem breuiter reddam. 'domino' scripsi, quia scriptum est: Uos in libertatem uocati estis, fratres; tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per caritatem seruite inuicem. cum ergo uel hoc ipso officio litterarum per caritatem tibi seruiam, non absurde te dominum uoco propter unum et uerum dominum nostrum, qui nobis ista praecepit. 'dilectissimo' autem quod scripsi, nouit deus, quod non solum te diligam, sed ita diligam ut me ipsum, quando quidem bene mihi sum conscius et bona me

8 Gal. 5, 13

$P$ = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
$S$ = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
$H$ = *cod. Palatinus 209 s. X.*
$M$ = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
$F$ = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
$A$ = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^3$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
$E$ = *cod. Cheltenhamensis 16588 s. XI. priorem tantum partem habet usque ad p. 67, 6* uerissimae.
$K$ = *cod. Casinensis 232*[1] *s. XII.*

2 dilecto *PSP⁴* dil̃ec *P¹* macrouio *P* (*m. 2* macrobio) *P¹SHP⁴* Macrobio *s* 4 salutem] aeternam salutem *PP¹SH s* aeterna (*m. 2* aeternā) salutem *P⁴* 6 titulus *PP¹* (*m. 2* tituli) *SHP⁴ s* uel *ante* te *om. PP¹SHP⁴ s* 7 domine *P²* 8 uos] uos autem *P¹* in libertate *PP¹* (*m. 2* in libertatem) *AP⁴ s* est, *m. 2* estis *P¹* 9 in occasione *PP¹SP⁴* 10 sed per] su (*m. 2* sed) | per *P¹* seruire *A a* ergo] ego *P²* 12 deum *K* nostrum] nostrum iesum *P²* 14 dominus *M* sed ita diligam *om., m. 2 add. K* ita] ita te *P* 15 me *om., m. 1 add. P¹* sum** (us *eras.*) *P²* et *del. m. 2 P¹ om. MFAP³E edd. praeter s* bona (*ras. super* a) et ibi *M*

Digitized by Google

tibi optare quae mihi. 'honorabili' uero quod addidi, non ad hoc addidi, ut honorarem episcopatum tuum; mihi enim episcopus non es. neque hoc cum contumelia dictum acceperis, sed ex animo, quo in ore nostro esse debet est est, non non. neque enim ignoras aut quisquam hominum, qui nos nouit, ignorat neque te esse episcopum meum neque me presbyterum tuum. honorabilem igitur ex ea regula te libenter appello, qua noui te esse hominem et noui hominem ad imaginem dei et similitudinem factum et in honore positum ipso ordine et iure naturae, si tamen intellegendo, quae intellegenda sunt, seruet honorem suum. nam ita scriptum est: Homo in honore positus non intellexit; comparatus est iumentis insensatis et similis factus est illis. cur ergo te honorabilem, in quantum homo es, non appellem, cum praesertim de tua salute atque correctione, quam diu in hac uita es, desperare non audeam? 'fratrem' uero ut uocem, non te latet praeceptum nobis esse diuinitus, ut etiam eis. qui negant se fratres nostros esse, dicamus: 'Fratres nostri estis'. et hoc uehementer ualet ad causam, propter quam scribere uolui fraternitati tuae. iam enim reddita ratione, cur epistulae talem ianuam fecerim, audi placidissime, quae sequuntur.

2 Ego cum in ista regione consuetudinem hominum lugendam

4 Matth. 5, 37; Iac. 5, 12   8 Gen. 1, 27   11 Ps. 48, 21   17 Es. 66, 5

1 quae] quam *E*   non ad hoc addidi *om., m. 2 in marg. add.* $P^3$   addi, *m. 2* addidi $P^1$   3 ēs, *corr.* es *K*   neque] sed neque $P^1S$   cum *om. A*   dictum *om.* $PP^1SHP^4$ *s*   acciperis *F*   4 quod $PP^1S$ (d *del.*) $HP^4$*s*   in//// (*ras. 2—3 l.*) *F*   nostro] non, *m. 2* nostro $P^1S$ non $PHP^4$ *om. s*   esse *om.* $MFAP^3$ (*m. 2 add.*) *K*   debet esse $P^2E$ *edd. praeter s*   5 qui* (s *eras.*) $P^3$   6 me] me esse *E*   presbyter, *m. 2* presbyterum $P^3$   8 qu*a *S* quia *K s*   9 et similitudinem dei $PP^1SHP^4$ *s*   factam, *corr. m. 1* factum *P*   12 in ore, *m. 2* in honore $P^1$   13 insipientis, *m. 2* insipientibus $P^1$ insipientibus *PK s*   cum $PP^1$ (*m. 2* cur) *S* (*m. 2* cur non) $HP^4E$ *s*   14 te *om., m. 2 add.* $P^1$   honorabilem te *M*   non *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) $SHP^4$ *s*   apellem (*post.* e *ex corr. m. 2*) *P*   17 te *om.* $P^2$   lactet *A*   18 se *om. A*   nostri *A*   dicamus—estis *om. A*   19 quam *in fine u. om., m. 2 add.* $P^3$   20 fraternitati *ras. ex* fraternitatē *A*   21 placidissima (*super* a *ras.*) *M*   22 in *om., m. 1 add. E*

Digitized by Google

atque plangendam, qui cum christiano nomine glorientur, Christianos rebaptizare non dubitant, quibus uerbis poteram, detestarer, non defuerunt laudatores tui, qui mihi dicerent te ista non facere. fateor, primo non credidi. deinde considerans posse fieri, ut animam humanam de futura uita cogitantem dei timor inuaderet, ut se ab scelere apertissimo temperaret, gratulatus credidi, quod tali proposito ab ecclesia catholica nolueris esse nimis alienus. quaerebam sane occasionem loquendi tecum, ut, si fieri posset, ea quae parua remanserat inter nos dissensio tolleretur, cum ecce ante paucos dies diaconum nostrum Mutugennensem te rebaptizasse nuntiatum est. dolui uehementer et illius miserabilem lapsum et tuum, frater, inopinatum scelus. noui etenim, quae sit ecclesia catholica. gentes sunt hereditas Christi et possessio Christi termini terrae. nostis et uos aut, si non nostis, aduertite; facillime a uolentibus sciri potest. rebaptizare igitur haereticum hominem, qui haec sanctitatis signa perceperit, quae christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est; rebaptizare autem catholicum immanissimum scelus est. tamen non adeo credens, quia de te mihi bene persuasum tenebam, Mutugennam ipse perrexi et eum quidem miserum uidere non potui, a paren-

14 Ps. 2, 8

1 adque, *m. 2* atque *P*[1] 2 dubitent *M* poteram] non poteram *K* 3 detestari *PP*[1] (*m. 2* detestarer) *S* (*m. 2* detester) *HP*[4]*K s* fuerunt, *m. 2* defuerunt *P*[3] laudetoris, *corr. m. 1* laudetores, *m. 2* laudatores *P*[1] te ista] ista *P*[1] (*m. 2* te ista) *S* (*m. 2* ista te) ista te *PHP*[4]*s* 4 fator, *corr. m. 1* fateor *M* primum *P*[1] primi *F* 6 apertissime *PP*[1] (*m. 2* apertissimo) *SP*[4] temperare, *m. 2* temperaret *P*[3] 7 praeposito *FA a* 8 nimis *om. E* 10 toleretur, *corr. m. 1* tolleretur *S* toleretur, *m. 2* tolleretur *P*[1]*P*[4] diaconem *H* 11 mutagen|nensem *P*[2] muta genensem *coniunctum m. ut uid. 1 M* muta|genensem *P*[3] mutaigennensem *K* mutaigenensem *FA* mutigensem *PP*[1]*SHP*[4] *s* 12 mirabilem *F* 13 inopiatum *P*[2] nouit enim *MFP*[3] noui enim *P*[2]*EK edd. praeter s* manifestum nobis est *PP*[1] (*m. 2* noui enim) *SHP*[4] manifestum nobis est enim *s* 15 auertite, *m. 2* aduertite *P*[3] 16 scire *P*[1] (*m. 2* sciri) *S* (*corr. m. 1* sciri) 17 christiani, *m. 2* christiana *P*[3] 19 catholicam, *corr.* (*m. 1?*) catholicum *P*[1] a dō, *corr.* (*m. 1?*) *in marg.* adeo *M* 20 persuasum bene *PP*[4]*s* mutigenam *PP*[1]*SHP*[4] *s* 21 perrexi* *P*[1]



Digitized by Google

tibus uero eius audiui, quod uester iam etiam diaconus factus sit. et tamen tam bene adhuc de tuo corde sentio, ut eum rebaptizatum esse non credam.

3 Quare te, frater dilectissime, per diuinitatem et humanitatem domini nostri Iesu Christi obsecro, ut rescribere mihi digneris, quid gestum sit, et sic rescribere, ut noueris me in ecclesia fratribus nostris epistulam tuam uelle recitare. quod ideo scripsi, ne, cum id postea facerem, quod me non sperares esse facturum, offenderem caritatem et iustam de me apud communes amicos querelam deponeres. quid ergo te impediat ad rescribendum, non uideo. si enim rebaptizas, nihil est quod homines de tuo collegio formides, cum id te rescripseris facere, quod te illi facere, etiam si nolles, iuberent. cum autem id quantis potueris documentis faciendum esse defenderis, non solum non suscensebunt, sed etiam praedicabunt. si autem non rebaptizas, arripe libertatem christianam, frater Maximine, arripe, quaeso te; non cuiusquam hominis in contemplatione Christi aut reprehensionem uerearis aut exhorreas potestatem. transit honor huius saeculi, transit ambitio. in futuro Christi iudicio nec absidae gradatae nec cathedrae uelatae nec sanctimonialium occursantium atque cantantium greges adhibebuntur ad defensionem, ubi coeperit accusare conscientia et conscientiarum arbiter iudicare. quae hic honorant, ibi onerant;

1 diaconus etiam *E* 2 tamen (*m. 2 ? del.* en) *S* tam *om.* $PP^1SP^2HP^4$ ita *s* 4 te *om.* $PP^1SHP^4$ *s* diuinatem, *m. 2* diuinitatem $P^2$ 6 quod *M* sic *om. A* rescribere, *m. 2* rescribe $P^1$ rescribe $P^3E$ 7 tuam uel legere uel recitare $PP^1$ (*m. 2 del.* gere uel) $SHP^4$ *s* 8 ne cum] mecum *A* 9 offendere *K* caritatem tuam et *edd. praeter s* iustū (ū *in ras.*) *F* iusta *E* uastum *M* 10 quere•lā• (l *et* s *eras.*) $P^1$ 13 illi• (s *eras. ?*) $P^3$ 16 macroui $PP^1SHP^4$ Macrobi *s* 17 arripe *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) $SHP^4$ *s* hominis, *m. 2* hominis minis *S* in *om.* $P^2$ 18 reprehensione (*parua ras. super postr. l.*) mouearis *P* reprehensione mouearis $P^1SHP^4$ *s* 19 huius *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) $SHP^4$ *s* 20 gradratae *K* eleuatae *M* 22 coeperint accusare conscientiae *m* conscientiā (~ *eras.*) *M* 23 ibi onerant *om., m. 2 add. K* ibi honerant $P^2$ (h *eras.*) *E* ibi honorant *M* (*corr. m. ut uid. 1* ibi dehonorant) *F*

Digitized by Google

quae hic releuant, ibi grauant. ista quae pro tempore propter ecclesiae utilitatem honori nostro exhibentur, defendentur forte bona conscientia, defendere autem non poterunt malam.

4 Quod ergo tam pio et tam religioso animo facis, si tamen facis, ut ecclesiae catholicae baptismum non iteres, sed adprobes potius tamquam unius uerissimae matris, quae omnibus gentibus et regenerandis praebet sinum et regeneratis ubera infundit tamquam unius possessionis Christi sese usque ad terrae terminos porrigentis, — si hoc uere facis, cur non erumpis in exultantem et liberam uocem? cur lucernae tuae tam utilem splendorem premis sub modio? cur non discissis atque abiectis ueteribus pellibus timidae seruitutis christiana potius indutus fiducia existis et dicis: 'Ego unum baptismum noui patris et filii et spiritus sancti nomine consecratum atque signatum; hanc formam ubi inuenio, necesse est ut adprobem; non destruo, quod dominicum agnosco, non exsufflo uexillum regis mei'? uestem Christi et qui diuiserunt, non uiolauerunt; et illi adhuc Christum non resurrecturum crediderant, sed morientem uidebant. si a persecutoribus uestis non conscissa est pendentis in cruce, cur a Christianis destruitur sacramentum sedentis in caelo? si ueteris populi temporibus Iudaeus essem, quando aliud esse melius non possem,

8 Ps. 2, 8 10 Matth. 5, 15; Luc. 11, 33; 8, 16; Marc. 4, 21 17 Ioh. 19, 24

1 reuelant, *corr. m. ut uid. 1* releuant *M* ista, *corr.* (*m. 1?*) istaq; *S* pro *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) *S* (*m. 2 add.* in) $HP^4$ *s* 2 ecłs, *m. 2* ecłsę $P^1$ exhibeantur (a *exp.*) $P^1$ 3 defenderē (~ *eras.*) $P^3$ potuerunt *MF* (*corr.* poterunt) *E* poterit *s* malum, *m. 2* malam $P^1$ mala *MFA s* 5 iteres sed] interesse *K* 7 generandis $PP^1SHP^4$ *s* regenerantis *A* regenerantis, *corr.* regeneratis $FP^3$ 8 sese usque] esseque *P* seseque $P^1$ (*m. 2* sese usque) $SHP^4$ ecclesiaeque *s* 9 porrigendis *A* 10 exsultantis, *m. 2* exsultantem $P^1$ 11 primis *K* non* *F* 12 potius christiana $PP^1SHP^4$ *s* 13 fiducia] cum fiducia $PP^1$ (*m. 2 del.* cum) $SHP^4$ fiduciă *K om. s* exis *m* unum] autem *A* 14 fili $P^4$ 17 et *eras. vid.* $P^4$ *om. P s* 18 Christum *om. K* 19 uestris *H* (*m. 2 in marg.* uestis) *s* 20 non scissa $P^2$ conscissa non $PP^1SHP^4$ *s* non consissa *K* pendendis, *m. 2* pendentis $P^4$ curam, *m. 2* cur a *A* cur a* (d *eras.*) $P^3$ 21 si ueteris] siue terris *P*

accepissem utique circumcisionem. quod signaculum iustitiae fidei tantum illo tempore ualuit, antequam domini euacuaretur aduentu, ut infantem filium Moysi angelus praefocasset, nisi mater arrepto calculo circumcidisset puerum et hoc sacramento imminentem perniciem depulisset. hoc sacramentum etiam Iordanen fluuium refrenauit et reduxit in fontem. hoc sacramentum ipse dominus quamuis euacuauerit crucifixus, tamen natus accepit. non enim signacula illa damnata sunt, sed succedentibus opportunioribus decesserunt. nam sicut circumcisionem abstulit domini primus aduentus, sic baptismum auferet secundus aduentus. sicut enim nunc, posteaquam uenit libertas fidei et remotum est seruitutis iugum, nullus christianus circumciditur carne, sic tunc regnantibus iustis cum domino damnatisque impiis nemo baptizabitur, sed illud, quod ista praefigurant, id est circumcisio cordis et mundatio conscientiae manebit in aeternum. si ergo illo tempore Iudaeus essem et ueniret ad me Samaritanus uelletque illo errore derelicto, quem etiam dominus improbauit dicens: Vos adoratis, quod nescitis; nos adoramus, quod scimus, quoniam salus ex Iudaeis est, — uellet ergo

1 Rom. 4, 11  3 Exod. 4, 24 sq.  5 Ps. 113, 3; 5  7 Luc. 2, 21  18 Ioh. 4, 22

1 quid, *corr. m. 1* quod *F*  2 fidei, *m. 2* fidei in *S*  3 euacueretur *F* euacuare*tur (n *eras.*) $P^3$ uacuaretur *K* euacueret $P^1$ (*m. 2* euacueretur) *S* (*m. 2* euacuaret) *H* (*m. 2* euacuaret) $P^4$ euacuaret *P s*  aduentu* $P^2$ (m *eras.*) *F* (m *eras. uid.*) aduentus $PP^1$ (s *eras.*) $SHP^4 s$  4 arepto $P^2$ (*corr. m. 1* arrepto) *K* accepto $PP^1SHP^4 s$  5 sacramentum, *m. 2* sacramento $PP^1$ sacramentum $SHP^4$  hoc] et hoc $PP^1$ (*m. 2 del.* et) $SHP^4 s$  sacramentum, *m. 2* sacramento $P^4$ sacramento *P s*  6 iordannen *P* (*m. 2* iorda*nem) $P^4$ iordanem $P^1SP^2FAP^3K$ *edd.; cf. ep. 93, 26*  7 quamquam $PP^1SHP^4 s$  8 singula *MFA a e*  10 domini *om.* $PP^1SHP^4 s$  12 et remotum] ** remotum (& *eras. uid.*) $P^3$  nullus] ita ut nullus $P^3$  13 circumcidatur $P^3$  si, *m. 2* sic $P^1$  14 rebaptizabitur $MFAP^3$ (re *eras.*) *edd. praeter m*  illud *om.* $P^2$  15 ita *H*  figurant $PP^1$ (*m. 2* praefigurant) $SHP^4 s$  munditia $PP^1SP^4 s m$  16 ille, *corr.* illo *K*  17 uelleque, *m. 2* uelletque $P^2$  18 etiam] et itam *K*  implorauit *P*  19 *post.* quod *ex corr. m. 2, fuisse uid.* quem $P^4$ quem, *m. 2* quod $P^1S$ quem *H*

Digitized by Google

Samaritanus, quem Samaritani circumciderant, fieri Iudaeus, uacaret certe iterationis audacia et id, quod apud haeresem factum erat, quod praeceperat deus, non repetere sed adprobare cogeremur. quod si in carne circumcisi hominis non inuenirem locum, ubi circumcisionem repeterem, quia unum est illud membrum, multo minus inuenitur locus in uno corde, ubi baptismum Christi repetatur. ideo qui duplicare baptismum uultis, necesse est omnino, ut corda duplicia requiratis.

5 Clama ergo recte te facere, si non rebaptizas, et non solum sine trepidatione sed etiam cum gaudio mihi inde rescribe. nulla te tuorum concilia, frater, exterreant. si enim hoc eis displicuerit, non sunt digni, qui te habeant; si autem placuerit, credimus de misericordia domini, qui timentes sibi displicere et conantes placere numquam deserit, quod inter uos et nos cito pax erit, ne propter honores nostros, de qua sarcina periculosa ratio redditur, miserae plebes credentes in Christum habeant in domibus suis communes cibos et mensam Christi communem habere non possint. nonne ingemescimus, quod uir et uxor, ut fideliter coniungant corpora sua, iurant sibi plerumque per Christum et ipsius Christi corpus diuersa communione dilaniant? hoc tantum scandalum, tantus diaboli triumphus, tanta pernicies animarum si per tuam modestiam et prudentiam et dilectionem, quam debemus ei, qui pro nobis

1 iude*us (i *eras.*) $P^1$  2 uacaretque certe $P^3$  haeresim *edd.* 3 quod, *m. 2* quod nec $P^4$ quod nec *P*  praeciperat, *corr. m. 1* praeceperat *M*  4 cogeretur, *m. 2* cogeremur $P^1$  quod] sed $P^2$  si, *m. 2* si et *S* 7 baptismus *edd. praeter a e*  repet**atur (eb *eras.?*) $P^3$  quid *F* baptissimum *H*  8 corde *A*  duplica (*m. 2* duplicata) requiratis *M* duplicare quaeratis $P^2A$  9 te *om.* $PP^1$ (*add. m. 2 in fine u. post* ergo) *S* (*add. m. 2*) $P^2$ (*add. m. 1*) $HMFP^4$  10 inde mihi $P^2$  scribe $PP^1SHP^4s$  11 frater *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) $SHP^4s$  13 sibi] deo *in ras. m. 1 H*  14 placare, *m. 2* placere $P^1$  nos et uos $PP^1HP^4s$ 15 cito *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) $SHP^4s$  erit] eis *A*  ne, *m. 2* nec $P^1$ nec $P^3$  16 ratione *P* ratio** $P^4$  reddetur *edd. praeter s*  18 possunt $P^2$ (*ras.* possint) *A*  20 corpus christi *MFA edd. praeter s* diuersa* (m *eras.*) $P^3$  communionem $P^1$ (*postr. l. exp. m. 2*) $P^3$ (*postr. l. eras.*)  21 tantus *ex* tantis *m. 1 M*  22 tanta, *sed post.* a *ex corr. m. 2* $P^1$  23 qui *om., m. 1 add.* $P^1$  pro *om. A*

suum sanguinem fudit, ablata de medio in his regionibus fuerit, quis explicet uerbis, quam tibi palmam praeparet dominus, ut ad cetera membra sananda, quae per totam Africam tabefacta miserabiliter iacent, a te proficiscatur tam imitabile medicinae documentum? quam uereor, quoniam cor meum uidere non potes, ne tibi cum insultatione potius quam cum dilectione loqui uidear! sed certe, amplius quid faciam, non inuenio, nisi ut inspiciendum sermonem meum tibi offeram, animum deo.

6 Tollamus de medio inania obiecta, quae a partibus inperitis iactari contra inuicem solent, nec tu obicias tempora Macariana nec ego saeuitiam Circumcellionum. si hoc ad te non pertinet, nec illud ad me. area dominica nondum uentilata est; sine paleis esse non potest. nos oremus atque agamus, quantum possumus, ut frumentum simus. ego rebaptizato diacono nostro silere non possum; scio enim, quam mihi silentium perniciosum sit. non enim cogito in ecclesiasticis honoribus tempora uentosa transigere, sed cogito me principi pastorum omnium rationem de commissis ouibus redditurum. si forte nolles, ut haec tibi scriberem, oportet te, frater, ignoscere timori meo; multum enim timeo, ne me tacente et

13 Luc. 3, 17

2 palam *H* deus $P^3K$ 3 ad *ex* a *m. 1 M* et *F* totum, *corr. m. 1* totam *K* 4 mirabiliter, *corr.* (*m. 1?*) miserabiliter *S* mirabiliter *PFs* iacet, *corr. m. 1* iacent $P^1$ 6 potes* $PP^1$ 8 inspiciendo $P^2$ 10 a *om.* $PP^1SHP^4$ partibus ab *s* impetis $P^1$ (*m. 2* imperitis) *S* (*m. 2* ł a partibus imperitis ł impetitis) 11 macariana, *m. 2* machariana *S* machariana *a* 12 seruitiam, *m. 2* saeuitiam *S* seuitia, *m. 2* seuitiã $PP^1P^4$ circumcellionem, *m. 2* circumcellionum $P^1$ cercillionum *M* cercicellionum *FA* circicelionum $P^2$ cercicelionum *K* 13 ad me quod legitur area $P^3$ area] re, *m. 2* area *M* necdum $PP^1SHP^4s$ 14 sine] quae sine $P^3$ 15 ego de rebaptizato $P^1Ssm$ 16 diaco, *corr. m. 1* diacono $P^1$ nostro *om. A* enim *om.* $PP^1SHP^4s$ quod *MFAae* 18 cogitato me *A* cogitatione *F* principe, *m. 2* principi $P^1$ 19 ////omnium (*ras. 1—2 l.*) $P^3$ rationum, *m. 2* rationem $P^2$ opibus $PP^4s$ 20 oportet, *m. 2* oporteret *M* ignoscere (i *in ras. ex* a *m. 2*) $P^2$ 21 timore, *m. 2* timori *M* timeo ne me tacente et dissimulante] me timeo tacentem et dissimulantem $P^1$ (*m. 2* timeo ne me tacente et dissimulante) *S*

Digitized by Google

dissimulante alii quoque rebaptizentur a uobis. decreui ergo, quantum uires et facultatem dominus praebere dignatur, causam istam sic agere, ut pacificis conlationibus nostris omnes, qui nobis communicant, nouerint, ab haeresibus aut schismatibus quantum catholica distet ecclesia et quantum sit cauenda pernicies uel zizaniorum uel praecisorum de uite domini sarmentorum. quam conlationem mecum si libenti animo susceperis, ut concordibus nobis amborum litterae populis recitentur, ineffabili exultabo laetitia. si autem id aequo animo non accipis, quid faciam, frater, nisi ut te quoque inuito epistulas nostras populo catholico legam, quo esse possit instructior? quod si rescribere dignatus non fueris, uel meas solas legere decreui, ut saltem diffidentia uestra cognita rebaptizari erubescant.

7 Neque id agam, cum miles praesens est, ne quis uestrum arbitretur tumultuosius me agere uoluisse, quam ratio pacis desiderat, sed post abscessum militis, ut omnes, qui nos audiunt, intellegant non hoc esse propositi mei, ut inuiti homines ad cuiusquam communionem cogantur, sed ut quietissime quaerentibus ueritas innotescat. cessabit a nostris partibus terror temporalium potestatum; cesset etiam a uestris

(*m. 2* me timeo tacente et dissimulante ne) *H* **timeo tacentem et dissimulantem, *ras. et corr. m. 2* **timeo ne me tacente et dissimulante $P^4$ 1 quoque] quoque ut *H* 2 dignantur, *m. 2* dignatur *K* 3 consolationibus *MFA a* 4 nouerint] cognoscant $P^3$ et $PP^1HP^4$ *s* 5 distat, *corr. m. 1* distet *M* et *om. K* 6 praeti*sorum (o *eras.*) $F^2$ praetisorum *M* praeciosorum *A* praetiosorum *F* de uitae $P^1P^2$ (a *eras.*) debite $PP^4$ sermentorum, *m. 2* sarmentorum $P^3$ sacramentorum *M* 7 collocationem $P^1$ (*m. 1?* collationem) *S* (*m. 2* collationem) contemplationem $P^2$ collationem, *m. 3* oblationem *F* oblationem *A* si mecum $PP^1SHP^4$ *s* labenti *A* susciperis *F* 8 cum cordibus, *m. 2* concordibus $P^1$ 9 laetia, *m. 2* laetitia $P^1$ 11 quod $P^2$ 12 si *om.*, *m. 2 add.* $P^1$ scribere $PP^1$ (*m. 2* rescribere) $SP^2HP^4$ *s* solas *om. m* 13 salutem *F* cogita, *corr. m. 1* cognita *F* 16 mea gere *m. 2 corr. M* qua, *m. 2* quam $P^1$ 17 absessum, *corr. m. 1* abscessum *M* nos * audiunt $P^2$ 19 quietis, *m. 2* quietissime $P^1$ 20 cessauit $PP^1$ (*m. 2* cessabit) $SHP^4K$ *s* a partibus nostris $PP^1SHP^4$ *s* 21 esset, *m. 2* cesset *K* cessauit $PP^1$ (*m. 2* cessabit) $SHP^4$ *s* a *om. H*

Digitized by Google

partibus terror congregatorum Circumcellionum. re agamus, ratione agamus, diuinarum scripturarum auctoritatibus agamus, quieti atque tranquilli, quantum possumus, petamus, quaeramus, pulsemus, ut accipiamus et inueniamus et aperiatur nobis, ne forte fiere possit, ut adiuuante domino concordes conatus et orationes nostras tanta deformitas atque impietas Africanarum regionum de nostris terris incipiat aboleri. si non credis post discessum militum me uelle agere, post discessum militum tu rescribe. si enim ego praesente milite litteras meas legere populo uoluero, prolata epistula mea demonstrabit me fidei uiolatorem. quod misericordia domini auertat a moribus atque instituto meo, quod mihi per iugum suum inspirare dignatus est.

8 Episcopus meus beniuolentiae tuae fortasse potius litteras misisset, si esset praesens, aut ego illo uel iubente uel permittente scripsissem. sed illo absente cum diaconi rebaptizatio recens aut *est aut* esse dicitur, frigescere actionem ipsam dilatione non passus sum de fraterna et uera morte acerbissimi doloris aculeis excitatus. quem dolorem meum adiu-

3 Matth. 7, 7—8; Luc. 11, 9—10

1 circicelionum $P^2$ cercicelionum *FAK* cercicellionum, *m. 2* ł circumcellionum $P^3$ cercilionum *M* rem agamus *S* regamus *H* 2 rationem $P^2P^3$ (m *eras.*) auctoribus $PP^1$ (*m. 2* auctoritatibus) $SHP^4$ *s* 3 atque *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) $SHP^4$ *s* 4 aperietur, *m. 2* aperiatur *S* 5 posset *M* (*m. 2* possit) *A ae* 7 abolere *M* si non] simon *P* 8 me—militum *om. P* 9 praesentae (a *exp.*) $P^1$ milit*e *P* 10 populo legere $PP^4$ *s* 11 demonstrabis $PP^1SHP^4$ *s* demonstrab̄l $P^2$ 14 ep̄is, *m. 2* ep̄us $P^1$ potius *om.* $PP^1HP^4$ *s* 15 uel *om.* $PP^4$ *s* iuuente, *corr.* (*m. 1?*) iubente $P^2$ 16 diacono, *corr. m. 1* diaconi $P^1$ 17 aut est aut esse dicitur *scripsi;* aut esse dicitur *M* (*pro* aut *m. 2* aũt, *quod del. m. 3*) *FA* ut se dicitur *PS* (*m. 2* est ut esse dicitur) $HP^4$ ut sed*citur (*m. 2 exp.* ut *et* citur *et ante* sed *add.* es) $P^1$ esse dicitur $P^2P^3K$ *edd. praeter s* ut dicitur *s* frigescere, *m. 2* frigesceret $P^4$ frigesceret *P s* 18 dilationem, *m. 2 del.* m $P^1S$ dilationem $P^4$ euius dilationem, *m. 2 del.* euius *et* m $P^3$ dilectione $P^2$ dilectionem *P s* passus sum] passum, *m. 2* passus sum $P^1$ aceruissimis $PP^1$ (*postr. l. eras.*) $P^4$ acerbissimis *H s* 19 doloribus $PP^1$ (*m. 2. exp.* bu) *S* (*m 2* doloribus et) $P^4$ dolorum *H* dolerem *A* adiuuante, *m. 2* adiuuante te *S*

Digitized by Google

uante misericordia et prouidentia domini pacis fortasse compensatio lenitura est. deus et dominus noster tibi mentem pacatam inspirare dignetur, domine dilectissime frater.

## XXIV.

DOMINO MERITO HONORABILI ET BEATISSIMO PATRI ALYPIO PAULINUS ET THERASIA PECCATORES.

1 Haec est uera caritas, haec perfecta dilectio, quam tibi circa humilitatem nostram inesse docuisti, domine uere sancte et merito beatissime ac desiderabilis. accepimus enim per hominem nostrum Iulianum de Carthagine reuertentem litteras tantam nobis sanctitatis tuae lucem adferentes, ut nobis caritatem tuam non agnoscere sed recognoscere uideremur, quia uidelicet ex illo, qui nos ab origine mundi praedestinauit sibi, caritas ista manauit, in quo facti sumus, antequam nati, quia ipse fecit nos et non ipsi nos, qui fecit, quae futura sunt. huius igitur praescientia et opere formati in similitudinem uoluntatum et unitatem fidei uel unitatis fidem praeueniente notitiam caritate conexi sumus, ut nos inuicem ante corporales conspectus reuelante spiritu

13 Eph. 1, 4—5  15 Ps. 99, 3

1 prouidentia* (e *eras.*) $P^1$  2 conpendio $PP^1$ (*m. 2* conpensatio) $SHP^4$ *s* est amen dominus deus noster $PP^1SHP^4$ *s*  3 paccatam (c *exp.*) *M* pacatum *A* placatam $P^3$ placitam $PP^1SP^4$ *s* placidam *H*  domine *om.* $PP^1SHP^4$.

*P* = *cod. Paris. 11641 s. VI; deest initium usque ad p. 74, 21* affectu.
*E* = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*K* = *cod. Casinensis* $232^1$ *s. XII.*
*(Paulini Nol. opera ed. Hartelius I p. 13—18.)*

6 et Therasia] etherasia *C*  9 desiderabis, *m. 2* desiderabilis *M*  10 de] dede *C*  12 non cognoscere *E*  14 sibi] si *A*  16 praescientia *om. R* praesentia *A*  17 uel unitatis] uoluntatis *E*  18 praeuenientē *K* notitia $MACP^1R$ *a l*  conexi sumus] quo nexi sumus *E* coneximus *M* simus $P^1$  19 corporales conspectui, *m. 2* corporalē conspectū $P^1$

Digitized by Google

nosceremus. gratulamur itaque et gloriamur in domino, qui unus atque idem ubique terrarum operatur in suis dilectionem suam spiritu sancto, quem super omnem carnem effudit fluminis impetu laetificans ciuitatem suam, in cuius te ciuibus principalem cum principibus populi sui sede apostolica merito conlocauit nosque etiam, quos erexit elisos et de terra inopes suscitauit, in uestra uoluit sorte numerari. sed magis gratulamur in eo domini munere, quo nos in pectoris tui habitatione constituit quoque ita uisceribus tuis insinuare dignatus est, ut peculiarem nobis caritatis tuae fiduciam uindicemus his officiis atque muneribus prouocati, ut nos diffidenter aut leuiter te amare non liceat.

2 Accepimus enim insigne praecipuum dilectionis et sollicitudinis tuae opus sancti et perfecti in domino Christo uiri, fratris nostri Augustini, libris quinque confectum, quod ita miramur atque suspicimus, ut dictata diuinitus uerba credamus. itaque fiducia suspiciendae nobis unanimitatis tuae et ad ipsum scribere ausi sumus, dum nos illi per te et de inperitia excusandos et ad caritatem commendandos praesumimus sicut et omnibus sanctis, quorum nos et absentium officiis sospitare dignatus es pari procul dubio curaturus affectu, ut per sanctitatem tuam nostris inuicem salutentur obsequiis et in clero sanctitatis tuae comites et in monasteriis fidei ac

3 Ioel 2, 28 4 Ps. 45, 5 5 Ps. 112, 8 6 Ps. 145, 8; 112, 7

1 noscerimus *E* 3 suam] suam in *E* effundit *R* 4 impetus *EC* letificat $CP^1$ suam] dī (*m. 1? del.*) suam *M* 5 principalem cum principibus *m. 2 s. u. K* sede] se de *m. 2 coniunctum M* sed de *A* sed *K* 6 apostolico *K* aelisos *MAC* allisos *EK* 7 noluit, *m. 2* uoluit *M* nunerari (*sic!*) *ras. ex* munerari *E* 8 quo* (*fuit* s) $P^1$ in*pectoris (*fuit* s) $P^1$ in pec**tores (*fuit* ca), *corr. m 1* pec**toris *R* 9 quoque *M* (*m. 2* quique) $P^1$ (*m. 2* quodque) quodque *ER* quique *a* 10 insiare, *corr. m. 1* insinuare *M* inserere *A l r* 12 licetur *A* 13 signe, *corr. m. 1* insigne *M* insigne et praecipuum $CP^1$ *edd. praeter m* 15 .v. *E* ita] tam *M* 16 suspicimus (pic *in ras. m. 1*) $P^1$ suscipimus *A* diuitus, *corr. m. 1* diuinitus *M* 17 itaque sic fiducia *R* suspiciende *ECK* suscipiendae *AR edd.* 18 de inperitiae *M* de impertia *K* 19 ad caritatem] caritate *E* 20 et in omnibus *M* 21 pari* *M* 22 salutantur, *m. 2* salutentur $P^1$

Digitized by Google

uirtutis tuae aemulatores. nam etsi in populis ac super populum agas o u e s  p a s c u a e domini regens sollicitis uigil pastor excubiis, tamen abdicatione saeculi et repulsa carnis ac sanguinis desertum tibi ipse fecisti secretus a multis, uocatus in paucis.

3 Sane uicario aliquatenus munere licet omnia tibi inpar, ut iusseras, prouidi illam Eusebii, uenerabilis episcopi Constantinopolitani, de cunctis temporibus historiam. sed in hoc fuit obtemperandi mora, quod instructu tuo, quia ipse non haberem hunc codicem, Romae repperi apud parentem nostrum uere sanctissimum Domnionem, qui procul dubio promptius mihi paruit in hoc beneficio, quod tibi deferendum indicaui. uerum tamen quia et loca tua mihi significare dignatus es, ut ipse monuisti, ad uenerabilem socium coronae tuae, patrem nostrum Aurelium, ita scripsimus, ut, si nunc Hippone Regio degeres, illo tibi litteras nostras et transcriptam Carthagine membranam mittere dignaretur. quod et sanctos uiros, quos indice caritatis ipsorum tuo sermone cognouimus, Comitem et Euodium rogauimus, ut scribere ipsi curarent, ne uel parenti Domnioni codex suus diutius deforet et tibi transmissus sine necessitate redhibendi maneret.

2 Ps. 99, 3

1 etsi] si et *PE* 3 excubuis *E* 4 deseram tibiq; ipse $P^{1}$ a *om. C* 6 omnia] per omnia $P^{1}$ *edd.* 7 et, *m. 2* ut *K* iusserat, *corr. m. 1* iusseras $P^{1}$ eusebi *E* constantinopolitano, *corr.* (*m. 1 ?*) constantinopolitani *M* 8 cuntis, *corr. m. 1* cunctis *M* 9 quod instructo tuo *PE* quod instructu tuo, *m. 1 supra* alit̄ in fructu tuo *R* quod in frúctu tuo $P^{1}$ *a e* iussionis tuae *A* 10 repperi *ras. ex* repperi *K* apud *in fine paginae om. A* 11 dominionem *M* dom*nionem (*fuit* i) *K* promtuis *C* prompt' *R* 12 tibi *om. A* 13 tua *om. E* 15 ita *om. K* hipporegio *A* hippona regione $P^{1}$ 16 dereges *E* transcribam (*m. 2* transcriptam) chartagine membranam $P^{1}$ transscriptā (~ *eras.*) cartagine m̄brana *K* transscribenda in C. membrana *a* transscribendam in C. membranam *eflr* 17 et *om. MA* sc̄s *P* 18 indices *MACP¹RK edd.; cf. p. 58, 10* 19 rogamus *E* ut] ut haec *MACP¹RK edd.* curauerint (ue *exp.*) *P* curarint *E* 20 dominioni *MA* diutius codex suus *MACP¹RK edd.* tuus *K* diforet *E* transmissum *PE*

Digitized by Google

4 Specialiter autem hoc a te peto, quoniam me inmerentem et inopinantem magno tui amore complesti, ut pro hac historia temporum referas mihi omnem tuae sanctitatis historiam, ut, 'qui genus, unde' sis 'domo' tanto uocatus a domino, quibus exordiis segregatus ab utero matris tuae ad matrem filiorum dei prole laetantem abiurata carnis et sanguinis stirpe transieris et in genus regale ac sacerdotale sis translatus, edisseras. quod enim indicasti iam de humilitatis nostrae nomine apud Mediolanium te didicisse, cum illic initiareris, fateor curiosius me uelle condiscere, ut omni parte te nouerim, quo magis gratuler, si a suscipiendo mihi patre nostro Ambrosio uel ad fidem inuitatus es uel ad sacerdotium consecratus, ut eundem ambo habere uideamur auctorem. nam ego etsi a Delphino Burdigalae baptizatus, a Lampio apud Barcilonem in Hispania per uim inflammatae subito plebis sacratus sim, tamen Ambrosii semper et dilectione ad fidem innutritus sum et nunc in sacerdotii ordinatione confoueor. denique suo me clero uoluit uindicare, ut, etsi diuersis locis degam, ipsius presbyter censear.

5 Sed de me ne quid ignores, scias antiquissimum peccatorem non ita olim de t e n e b r i s e t u m b r a m o r t i s eductum

4 Verg. Aen. VIII 114 7 I Petr. 2, 9 21 Ps. 106, 14

2 complesti (s *ex* c *m. 1*) $P^1$ complecti *PE* 3 mihi *om. E* tuae *in fine u. om. A* 4 quod *edd. praeter m* domu *P* tantū *AC* 6 prole] pro te $P^1$ laetante *PEMAC a* abiurate *C* 7 regalae (*post.* a *exp.*) *M* ac *om. MACR* et $P^1K$ *edd.* 8 hulitatis, *m. 2* humilitatis *M* humitatis, *m. 2* humilitatis *R* nomine *ras. ex* homine $P^1$ 9 mediolanum *MR edd.* initiares, *m. 2* initiareris *M* 10 omni ex parte *PE* ex omni parte *M* te *om. PE* 11 si a suspiciendo $EMP^1$ *Hartel.* si ab suspiciendo *A* si ausus cū suscipiendo *C* 12 initiatus *E* sacerdotum *EC* 13 uideamur habere *edd. praeter a e* etsi] si *E* 14 burdigal*ę (*fuitne* i *?*), *corr.* burdegal*ę $P^1$ burdegale *R* Burdegalae *m* Burdegaliae *cett. edd.* barcinonam $P^1$ 15 in hispaniam *P* in ///hispaniam (*fuit* si *aut* s) *E* uīū (ū *exp.*) *M* 16 innutritus, *m. 2* enutritus *P* ennutritus *E* nutritus *K edd. praeter m* 17 ordine $MACP^1R$ *edd.* clero me *E* 18 uindicare uoluit *edd.* diueris *P* diuersus, *corr.* diuersis *K* 19 censer *K*

Digitized by Google

spiritum aurae uitalis hausisse nec ita olim posuisse in aratro manum et crucem domini sustulisse, quam ut in finem perferre ualeamus, orationibus tuis adiuuemur. accumulabitur haec meritis tuis merces, si interuentu tuo onera nostra releuaueris. sanctus enim laborantem adiuuans, quia fratrem non audemus dicere, exaltabitur sicut ciuitas magna. et tu quidem super montem aedificata ciuitas es uel accensa super candelabrum lucerna in septiformi claritate conluces, nos sub modio peccatorum delitescimus. uisita litteris tuis et profer in lucem, in qua ipse uersaris super aurea candelabra conspicuus; eloquia tua lumen semitis nostris erunt et oleo lucernae tuae inpinguabitur caput nostrum; et accendetur fides, cum de spiritu oris tui cibum mentis et lumen animae sumpserimus.

6 Pax et gratia dei tecum et corona iustitiae tibi maneat in die illo, domine pater merito dilectissime, uenerabilis et exoptatissime. benedictos sanctitatis tuae comites et aemulatores, in domino fratres, si dignantur, nostros tam in ecclesiis quam in monasteriis Carthagini, Tagastae, Hippone Regio et totis paroeciis tuis atque omnibus cognitis tibi per Africam locis domino catholice seruientes multo affectu et obsequio salutari rogamus. si ipsam membranam sancti Domnionis acceperis, transcriptam nobis remittere dignaberis. et hoc rogo scribas mihi, quem hymnum meum agnoueris. panem unum sanctitati

1 Luc. 9, 62  5 Prou. 18, 19  7 Matth. 5, 14  8 Apoc. 1, 12—13; 20  11 Ps. 118, 105  12 Ps. 22, 5

1 habuisse *C*  2 in *m. 2 s. u. K*  3 fidem *R*  4 onera nostra *om. K*  5 relauaueris *A*  7 ciuitas aedificata *edd.*  9 nos *om. R*  uisita, *corr.* uiseta *(sic!) P*  litteras, *m. 2* litteris *E*  10 et *om. PE Hartel.*  12 inpinguetur *MA*  13 de *om. m*  16 dilectissime] dilectissime et *edd. praeter a*  18 tam *om. R* tam̄ *E*  19 cartagine tagasta *PE* cartagine tagaste *M*  20 paroeciis—tibi *om. et in marg. m. 1 add. M* parrociis *P* paraoetiis *A* paroechiis *K* parroechiis *MR* parrochiis $CP^1$ *a* parochiis *E cett. edd.*  tibi cognitis tibi *C*  21 salutare *PE*  22 dominionis *M* dominonis *A f*  23 mittere *PE*  dignaueris *PEM* (*m. 2* dignaberis) $CP^1$ (*corr. m. 1* dignaberis) dign**eris *K*  et rogo hoc ut scribas *PE*  24 hymnum] ȳm *C*  cognoueris $P^1$ *edd.*  sanctitati *ras. ex* sanctitate *A*

Digitized by Google

tuae unitatis gratia misimus, in quo etiam trinitatis soliditas continetur. hunc panem eulogiam esse tu facies dignatione sumendi.

## XXV.

DOMINO FRATRI UNANIMO ET VENERABILI AUGUSTINO PAULINUS ET THERASIA PECCATORES.

1 Caritas Christi, quae urget nos et absentes licet per unitatem fidei alligat, ipsa fiduciam ad te scribendi pudore depulso praestitit teque per litteras tuas uisceribus meis intimauit, quas et de scholasticis facultatibus adfluentes et de caelestibus fauis dulces ut animae meae medicas et altrices in quinque libris interim teneo, quos munere benedicti et uenerabilis nobis episcopi nostri Alypii non pro nostra instructione tantum, sed etiam pro ecclesiae multarum urbium utilitate suscepimus. hos igitur nunc libros lectioni habeo, in his me oblecto, de his cibum capio non illum, qui perit, sed qui operatur uitae aeternae substantiam per fidem nostram, qua adcorporamur in Christo Iesu domino nostro, cum fides nostra, quae uisibilium neglegens inuisibilibus inhiat, per caritatem

7 II Cor. 5, 14 16 Ioh. 6, 27 19 II Cor. 4, 18

2 esse] rē *A*

*E* = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
*P* = *cod. Parisinus 989 s. XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*(Paulini Nol. opera ed. Hartelius I p. 18—24.)*

5 frati, *corr.* (*m. 1?*) fratri *P* unianimo *AP* 6 thearasia *A* 8 fidutia *E* ad te] a die *C* ad (*om.* te) *A* 11 dulcis *C* medicas et] medicasset *M* (*m. 2* medicassent) *A* 13 nobis *om. E* coepiscopi *A* alypii *C* 15 in lectione *P* me oblector *A* 19 uisibilia *A* inuisilibus *P*

Digitized by Google

omnia secundum ueritatem omnipotentis dei credentem litteris et exemplis fidelium roboretur. o uere sal terrae, quo praecordia nostra, ne possint saeculi errore uanescere, condiuntur! o lucerna digne super candelabrum ecclesiae posita, quae late catholicis urbibus de septiformi lychno pastum oleo laetitiae lumen effundens densas licet haereticorum caligines discutis et lucem ueritatis a confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas!

2 Vides, frater unanime, admirabilis in Christo domino et suscipiende, quam familiariter te agnouerim, quanto admirer stupore, quam magno amore complectar, qui cotidie conloquio litterarum tuarum fruor et oris tui spiritu uescor. os enim tuum fistulam aquae uiuae et uenam fontis aeterni merito dixerim, quia fons in te aquae salientis in uitam aeternam Christus effectus est. cuius desiderio sitiuit in te anima mea et ubertate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit. ideoque cum hoc Pentateucho tuo contra Manichaeos me satis armaueris, si qua in alios quoque hostes catholicae fidei munimina comparasti, quia hostis noster, cui 'mille nocendi artes', tam uariis expugnandus est telis, quam oppugnat insidiis, quaeso promere mihi de armamentario tuo

1 I Cor. 13, 7  2 Matth. 5, 13  4 Matth. 5, 15; Marc. 4, 21 Luc. 8, 16; 11, 33  14 Ioh. 4, 14  15 Ps. 62, 2  16 Ps. 35, 9 20 Verg. Aen. VII 338

1 credentes *E* credens *A*  2 quę *E*  3 uanescere errore *edd.* condiuntur, i *ras.* (*ex* e ?) *M*  4 digna *P*  supra *MPP¹R edd.; cf. p. 77, 8*  5 septiforme, *corr. m. 1* septiformi *P*  lichino *A* ligno *EMCPP¹R a e*  6 licet] scilicet *E*  7 confessione *E*  8 clarifice, *corr. m. 1* clarifici *M*  9 uide *C*  unanimem, *super* mem *add.* mis (*m. 1?*) *M* unianime *AP* unanimis *R*  10 suspiciende *M Hartel.* agnouerim te *edd.*  11 complectar amore *R*  complectas *A*  12 litterum *A* 13 aquae—fontis *bis A*  et uenam—aquae *om. P*  14 quia *spatio 2 l. relicto om. C*  aquae] aquae uiuae *A*  16 inebriare, *m. 2* inebriari *E*  17 hoc *om. E*  tuo cum hoc *(iterum!)* contra *R*  manacheos *A* 18 me satis armaueris] mesarmaberis, *m. 2 supra* ł exarmaueris *E* 19 fidī *P*  minima, *m. 2* munimina *P¹*  qua *P*  nr̄ę, *m. 2* n̄r *C* cū *C*  21 quoso, *m. 2* queso *E*  armentario *E* arm̄tario *P¹* arm̄torio *C*

Digitized by Google

et conferre non abnuas arma iustitiae. sum enim laboriosus etiam nunc sub magno onere peccator, ueteranus in numero peccatorum, sed aeterno regi nouus incorporeae tiro militiae. sapientiam mundi miser hucusque miratus sum et per inutiles litteras reprobatamque prudentiam deo stultus et mutus fui. postquam inueteraui inter inimicos meos et euanui in cogitationibus meis, leuaui oculos meos in montes ad praecepta legis et gratiae dona suspiciens, unde mihi auxilium uenit a domino, qui non secundum iniquitates retribuens inluminauit caecum, soluit compeditum, humiliauit erectum male, ut erigeret humiliatum pie.

3 Sequor igitur non aequis adhuc passibus magna iustorum uestigia, si possim orationibus uestris adprehendere, in quo dei miserationibus adprehensus sum. rege ergo paruulum incerta reptantem et tuis gressibus ingredi doce. nolo enim me corporalis ortus magis quam spiritalis exortus aetate consideres. quippe aetas mihi secundum carnem iam ea est, qua fuit ille ab apostolis in porta Speciosa uerbi potestate sanatus. in natalibus autem animae illius adhuc mihi tempus infantiae est, quae intentatis Christo uulneribus immolata digno sanguine agni uictimam praecucurrit et dominicam auspicata est passionem. atque ideo ut infantem adhuc uerbo dei et spiri-

4 Rom. 1, 22 6 Ps. 6, 8 Rom. 1, 21 7 Ps. 120, 1—2 9 Ps. 102, 10 10 Ps. 145, 7—8 18 Act. 3, 2—10; 4, 22 20 Matth. 2, 16

2 magno sub *E* honere (h *exp. m. 2*) *M* honore $P^1$ (h *et* o *posterior in ras.*) *A a e* peccato *R* 3 incorporeae] in corpore *MACPP*$^1$*R edd.* 5 fui sed postquam *P* 8 ad *om. P* suscipiens *EMC a* 9 uenit auxilium *P* 10 retribu*** (*ultima l. fuit* s), *m. 2 supra l* retribuit nobis *E* 12 maga, *m. 2* magna *E* 14 incerta, *m. 2* per incerta $P^1$ in incerta *A* in terra *edd.; cf. ep. 32, 4* uestigio titubante repentem 15 nolo enim] noli ergo *E* 16 *super* me *m. ut uid. 1* ut *M* corporales *R* magis** (*fuit* is) *A* spirituales *R* exhortus (h *exp. m. 2*) *M* 17 ea iam *f l r m* ea *a e* 18 illi *E* 19 talibus, *corr. m. 1* natalibus $P^1$ 20 est *om. P* 21 angni (*prior* n *exp. m. 1*) *M* uictima *EC* praecurrit, *corr. m. 1* praecucurrit *M* 22 ideo *om. A* ideo* (*fuit* q;) $P^1$

Digitized by Google

tali aetate lactantem educa uerbis tuis uberibus fidei, sapientiae, caritatis inhiantem. si officium commune consideras, frater es; si maturitatem ingenii tui et sensuum, pater mihi es, etsi forte sis aeuo iunior, quia te ad maturitatem meriti honore seniorum prouexit et iuuenem cana prudentia. foue igitur et corrobora me in sacris litteris et spiritalibus studiis tempore, ut dixi, recentem et ob hoc post longa discrimina, post multa naufragia usu rudem, uixdum a fluctibus saeculi emergentem tu, qui iam solido litore constitisti, toto excipe sinu, ut in portu salutis, si dignum putas, pariter nauigemus. interea me de periculis uitae istius et profundo peccatorum euadere nitentem orationibus tuis tamquam tabula sustine, ut de hoc mundo quasi de naufragio nudus euadam.

4 Idcirco enim leuare me sarcinis et uestimentis onerantibus exuere curaui, ut undosum hoc, quod inter nos et deum peccatis interlatrantibus separat, praesentis uitae salum omni amictu carnis et cura diei sequentis iubente et iuuante Christo expeditus enatem. neque id perfecisse me glorior, quod etsi gloriari possem, in domino gloriarer, cuius est p e r f i c e r e, quod n o b i s u e l l e a d i a c e t; sed c o n c u p i s c i t adhuc a n i m a

17 Matth. 6, 34 19 II Cor. 10, 17 Rom. 7, 18 20 Ps. 118, 20

1 lactante *E* lactentem *edd.* educa, *corr.* (*m. 1?*) educas *M* uberibus] ut uberibus *E* 3 frater es] fres, *m. 2* fr es *M* es *om. E* sensum *ER* es mihi *M* michi es. Alit. et si forte si fuero iunior et si forte sis euo iunior quia *R* 4 sis *om. E* qui a te *P* 5 honor* seniorum *MR* honor seniorum *E* honorē (~ *eras.*) seniorem $P^1$ honor seniorem *edd. praeter m* et honorem seniorum *m* honorem seniorum *Hartel.* et *om. m* iuuenum *P* 6 me *om. R* 7 post *om. MAP* 8 naufragia uisurū et uix fluctibus *P* 9 tu quidam, *m. 2* tu quidem *E* tuo qui iam *P* tuq; iam *A* constitisti toto] constituto *M* (*m. 2* constitutus) *A* constitutus es *P* constitutus tuto *edd.* constitisti tuto *Hartel.; cf. p. 48, 13 et ep. CVIIII inscript.* excipe, *super* ex *m. 2* ł ac *M* 10 in portū *P* 12 intentem, *m. 2* nitentem *M* 14 enim *om. M* enim*** (*fuit* sal *aut* sar) *E* ego enim *C* me leuare *M edd.* sarciis, *corr.* (*m. 1?*) sarcinis *P* 15 exure *P* 16 salū* (~ *m. ut vid. 2*) *M* 17 dī *C* iuuente *M* (*m. 2* iubente) *C* adiuuante *edd.* 18 me perfecisse *edd.* quod si et $MP^1R$ et quod si *P* 20 uelle nobis adiacet *M* nobis adiacet uelle *edd.* concupiscet *E* adhuc| adhuc (*alterum del.*) $P^1$ anima mea adhuc *P*



Digitized by Google

mea desiderare iudicia domini. uide quando adsequatur effectum dei uoluntatum, qui adhuc ipsum desiderare desiderat. quod in me tamen est, dilexi decorem domus sanctae et, quantum in me fuit, elegeram abiectus esse in domo domini. sed cui placuit segregare me ab utero matris meae et ab amicitia carnis et sanguinis ad gratiam suam trahere, eidem placuit inopem me omnis boni meriti suscitare de terra et de lacu miseriarum ac de luto faecis educere, ut conlocaret me cum principibus populi sui et partem meam in tua sorte poneret, ut te praestante meritis officio sociatus aequarer.

5 Praesumptione igitur non mea, sed placito et ordinatione domini fraternitatis tuae mihi foedus usurpans tanto indignus honore me dignor, quia te pro tua sanctitate certo scio — nam ueritate sapis — non alta sapere, sed humilibus congruere. ideoque prompte et intime recepturum spero caritatem humilitatis nostrae, quam quidem iam recepisse te per beatissimum sacerdotem Alypium, quia dignatur, patrem nostrum, confido. is enim sine dubio de se tibi exemplum praebuit nos ante notitiam et supra meritum diligendi, qui incognitos sibi nos et longinqua soli uel sali intercapedine disparatos spiritu uerae dilectionis, qui ubique et penetrat et effunditur, et uidere diligendo potuit et adloquendo pertin-

1 Act. 13, 22 3 Ps. 25, 8 4 Ps. 83, 11 5 Gal. 1, 15 7 Ps. 112, 7 8 Ps. 39, 3 9 Ps. 112, 8 15 Rom. 12, 16

1 iudicia domini *om. E* 2 effectu *m* dei *om. P* uoluntatem *ARm; cf. Act. 13, 22* posum, *corr.* (*m. 1?*) ipsum *P* 3 docorem, *m. 2* decorem *M* 4 eligeram, *corr. m. 1* elegeram *A* eligerem *P*[1] 9 cumlocaret, *m. 2* collocaret *C* me *om. C* 10 parte *MAP* 11 equarem *E* 14 dignior *E* sancti | te *P* certe *PR* 15 ueritatē *E* 16 prompte] propter te *MAP* caritatis *E* 17 humilitatis *om. E* te *om. A* 18 beatissimum] baptismum *PP*[1] (*m. 2* beatismum *sic!*) *om. flr* alȳpium *C* 19 his *E* (*m. 2 del.* h) *P*[1] (h *exp.*) enim ti sine (ti *del.*) *C* tibi] tot̄ *P* 20 etiam, *corr. m. 1* notitiam *P* diligi *P* 21 incognitor *A* longinquā *C* soli, *corr.* (*m. 1?*) solis *M* salis *E*

Digitized by Google

gere. hic nobis prima affectus sui documenta et caritatis tuae pignora in supra dicto munere librorum dedit. et quanto studuit impendio, ut sanctitatem tuam non ipsius tantum uerbis, sed plenius eloquentia et fide tua cognitam non possemus amare mediocriter, tantopere curasse eundem credimus, ut nos uicissim ipsius imitatione plurimum diligas. gratia dei tecum, ut est, in aeternum maneat optamus, frater in Christo domino unanime, uenerabilis, desiderantissime. totam domum et omnem comitem et aemulatorem in domino sanctitatis tuae plurimo fraternitatis unanimae salutamus affectu. panem unum, quem unanimitatis indicio misimus caritati tuae, rogamus accipiendo benedicas.

## XXVI.

1 Vix repperi occasionem scribendi tibi. quis credat? sed mihi tamen Licentium necesse est credere. nolo te causas

1 tui *E* et carnis caritatis (*m. 1? del.* carnis) *M* 2 supra dicto digno munere *R m* libro *R* 4 uerbis *om. A* cognita *EM* 5 possumus *E* possimus *A* tanto per *MAP* currasse (r *exp. m. 2*) *M* 7 *ptamus *A* 8 domine *E* unanime *om. E* unianime *AP* et desiderantissime *E* desiderabilissime *P*¹ 10 plurime *E* unanimi *E* unianime *P* unianimi *A* unanime *a* 11 unianimitatis *A* 12 caritati* (*fuit* s) *P*¹.

*P = cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*A = cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C = cod. Casinensis 16* ¹⁹ *s. XI.*
*P*¹ *= cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*habent priorem tantum epistulae partem usque ad p. 85, 17;*
*M = cod. Monacensis 6266 s. X.*
*R = cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*P*² *= cod. Parisinus 14480 s. XII.*
*habent utramque epistulae partem interposito Licenti carmine;*
*K = cod. Casinensis 232*¹ *s. XII.*
*habet posteriorem tantum epistulae partem a p. 86, 1 antecedente Licenti carmine.*

Incipit epistula augustini ad licentium *P* epistula augustini ad licentium *AR* incipit epistula sancti augustini ad licentium *MP*¹*P*² augustinus ad licentium *C*. *Inscriptionem om. codd. et edd. praeter m, quae habet* 'Licentio Augustinus'. 14 uix] Augustinus. Vix *P* repperio *P* repperi/// (*ras. 1—2 l.*) *P*¹

rationesque rimari, quae etiam si reddi possent, fidei tamen, qua mihi credis, non eas debeo. nam et litteras tuas non per eos accepi, per quos possem scripta redhibere. quae autem petisti, ut peterem, curaui per epistulam, quantum promendum uidebatur; sed quid effecerim, tu uideris. quod si nondum effectum est, uel, cum sciero, agam instantius uel, cum rursus ipse admonueris. hactenus, quae huius uitae uincula perstrepunt, tecum locutus sim; nunc paucis accipe pectoris mei aestus de spe tua non transitoria, *quod* quodam modo uia tibi patescat in deum.

2 Mi Licenti, etiam atque etiam recusantem et formidantem compedes sapientiae timeo te rebus mortalibus ualidissime et perniciosissime compediri. nam sapientia quos primo alligauerit et exercitatoriis quibusdam laboribus edomuerit, soluet postea liberatisque sese donat ad fruendum; et quos primo temporalibus nexibus erudiuerit, post aeternis amplexibus alligabit, quo uinculo nec iucundius nec solidius cogitari quicquam potest. prima haec aliquantulum dura esse confiteor; illa uero ultima nec dura dixerim, quia dulcissima sunt, nec mollia, quia firmissima. quid igitur, nisi quod dici non

1 rationes quę (, *eras.*) ** (ri *eras.?*) | rimari *M* reddidi *A* credi, *m. 1 supra* ł reddi *R* possint *P* 2 qua* (m *eras.?*) *P* quam (m *exp. m. 2*) $P^1$ 3 possum $P^1$ rediere, *m. 2* redibere $P^1$ reddere *R* 4 p̃menda, *m. 2* petend̄ *M* premendum $P^1$ (*m. 2* petendum) $RP^2$ petendum *P* 5 quid] si *R* si *in ras. m. 2 M* 6 scioro, *corr. m. 1* sciero $P^2$ 7 ammoueris *M* (*m. 2* admonueris) *A* actenus *A* 8 strepunt *A* sum *R l r* 9 pec**toris *P* mei aestus] maiae *subsequente spatio 3—4 l. uacuo M* mestis *A* mei | certus, *m. 2* mei aestus certus $P^1$ despectua *M* de spe* (s *eras.*) tua *C* quod quodam modo *scripsi;* qđ ¦ dā modo *M* quodam modo $PCP^1$ (*m. 2* quonam modo) *R a* q̊dam̊, *sed* d *ex corr. m. 1* (*fuisse vid.* u) *et super* a *ras.* (∼ *eras.?*) $P^2$ quod admodum *A* quonam modo *cett. edd.* 11 mi, *m. 2* o mi *P* mihi (hi *exp.*) $P^1$ militenti, *m. 2* militanti *M* licenti/// (*parua ras.*) *P* et] atque *R* 14 quidam, *corr. m. 1* quibusdam *P* soluit *edd. praeter a* 15 liberatique *A* dona *C* 16 erudierit postea *R* 17 alligauit, *m. 2* alligabit $PCP^1$ alligauit *M* alligat *edd. praeter a* qui, *m. 2* quo *M* 18 quiquam, *m. 2* quicquam *M* 20 firmissa, *m. 2* firmissima *M*

Digitized by Google

potest, sed credi tamen et sperari et amari potest? uincula uero huius mundi asperitatem habent ueram, iucunditatem falsam; certum dolorem, incertam uoluptatem; durum laborem, timidam quietem; rem plenam miseriae, spem beatitudinis inanem. hisne tu inseris et collum et manus et pedes, cum et honoribus huiusce modi subiugari adfectas et facta tua non aliter fructuosa existimas et ambis inhaerere, quo non modo inuitatus, sed nec compulsus quidem ire debuisti?

3 Hic tu fortasse Terentiani serui mihi responsum dederis:

> Ohe! tu uerba fundis hic, sapientia?

cape igitur, ut fundam potius quam effundam. aut si ego canto, tu autem ad aliam uocem saltas, nec sic quidem me paenitet. habet enim suam hilaritatem ipsa cantatio, etiam cum ad eam membra non mouet, cui plena caritatis modulatione cantatur. uerba quaedam in epistulis tuis me mouerunt, sed de his tractare, cum factorum uitaeque totius tuae cura excoquat, ineptum putaui.

10 Ter. Ad. 769

1 sed *om.* $P^2$ 2 modi, *corr. m. 1* mundi *C* 3 uoluntatem *A* 5 hisne] nec *A* inseres $PP^1$ 6 facta tua] fatua *P* 7 non] nam, *m. 2* non $P^1$ 8 nec *cum ras. super* c (∼ *eras. ?*) *M* 9 tu *om. P* terrentiani $MAP^1$ (r *exp.*) ter*entiani *R* 10 ohe] o &, *corr. m. 1* oh& *P* ohet *M* sapientiam *A a l* 12 sal*tas *P* nec] ne $PP^1P^2$ sic] si A me quidem sic *R* 14 *ad *P* plane *A* 15 can tatur *ex corr. m. 2; fuit* cantant, *quod in* cantane (*?*) *mutatum fuisse vid. M* quaedam] quae| (dam *in fine u. excidit*) *A* quidem *C* me mouerunt] memorauerunt *MA* memorauerim $CP^1P^2$ 16 uitę q'** (ue *eras. vid.*) *M* uitae quae *AC* uitae qu*e (a *eras.*) $P^1$ cura *om., m. 2 add. M* 17 excoquat, *sed* exc *in ras. 4 l.* (*m. 1 ?*) *P* exquoquat $P^1P^2$ Explicit epistula augustini *P* explicit epistula sancti augustini *M* explicit epistula sancti augustini ad licentium $P^1$. *Sequitur in* $MRP^2$ *et in omnibus edd. carmen Licenti ad Augustinum missum, cuius uersiculos quosdam Augustinus infra p. 86, 13—20 profert. quod carmen iam antiquitus hoc loco insertum cum ad ipsam epistulam non pertinere appareat, euenit, ut epistulae partes diuellerentur, in plerisque libris manu scriptis altera tantum pars exhibeatur, in aliis et in ed. a tres inde epistulae factae sint. eiecto itaque carmine epistulae partes inter se coniunxi et carmen subiungendum curaui.*

Digitized by Google

4 Si uersus tuus momentis inordinatis peruersus esset, si suis legibus non staret, si mensuris inparibus aurem auditoris offenderet, puderet te certe nec differres nec desisteres, donec ordinares, corrigeres, statueres, aequares uersum tuum discendo et agendo artem metricam acerrimo studio et labore quolibet. quid, cum inordinatus ipse peruerteris, cum legibus dei tui ipse non stas neque in agenda uita honestis tuorum uotis et huic ipsi eruditioni tuae concinis, abiciendum post tergum putas et neglegendum? quasi prae sono linguae tuae sis tibi uilior et, incompositis moribus quod offendis aures dei, leuius sit, quam si incompositis syllabis tuis grammatica suscenseret auctoritas. scribis:

O mihi transactos reuocet si pristina soles
laetificis aurora rotis, quos libera tecum
otia temptantes et candida iura bonorum
duximus Italiae medio montesque per altos!
non me dura gelu prohiberent frigora cano
nec fera tempestas Zephyrum fremitusque Borini,
quin tua sollicito premerem uestigia passu.
hoc opus ut iubeas tantum.

Me miserum, si ego non iubeo, si non cogo atque impero, si non rogo ac supplico. sed si aures tuae aduersus meas uoces clausae sunt, ori tuo pateant, pateant carmini tuo; exaudi te ipsum, durissime, immanissime, surdissime. quo

13—20 = p. 91, 3—10

1 Incipit epistula augustini ad licentium *M* item epistula augustini ad eundem licentium *R* incipit epistula sancti augustini ad licentium $P^2$ augustinus ad licentium *K* 2 aures *edd.* 3 desisteret *K* 4 corrigeres ordinares *R* 6 quod *M* peruerteres *M* 7 tui] tu *K* 8 ipse, *corr.* (*m. 1?*) ipsi *M* concipnis *M* postergum *M* 9 quā si *M* presono *R* tuae] et uoce $P^2$ 10 quod i offendis (i *exp. m. 1*) $P^2$ 11 syllabis] moribus sillabis (moribus *del.*) *K* 12 suscenseret *ex* suscenserat *K* 13 *K initia tantum uersuum habet:* o mihi trans actos. laetificis. otia temptantes. duximus italiae. non me dura. nec fera. quin tua. hoc opus *addita adnotatione* ut supra 17 non *ex* nec *m. 1* $P^2$ 18 frimitusque *R* 21 si *ante* ego *om.* *M* 22 atque $P^2$ uoces meas *R* 24 exadite ipsum, *corr. m. 1* exaudi te ipsum *M* exaudite (e *ex corr.*) ipsum *K*

Digitized by Google

mihi linguam auream et cor ferreum? quibus ego non carminibus sed lamentationibus sufficiam plangere carmina tua, in quibus uideo, quam animam, quod ingenium non mihi liceat adprehendere et immolare deo nostro? expectas, ut ego iubeam, sis bonus, sis quietus, sis beatus; quasi quicquam mihi dierum gratius inlucescat, quam ut ingenio tuo fruar in domino, aut uere tu nescias, quod te esuriam et sitiam, aut non hoc ipso id carmine fatearis. reuoca animum, quo ista scripsisti; nunc mihi dic: 'Hoc opus ut iubeas tantum.' ecce iussum meum: da mihi te, si hoc opus est tantum; da domino meo te, qui omnium nostrum dominus est, qui tibi illud donauit ingenium. nam ego quid sum, nisi seruus tuus per ipsum et conseruus sub ipso?

5 An ipse non iubet? audi euangelium. stabat, inquit, Iesus et clamabat: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quoniam mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris, iugum enim meum lene est et sarcina mea leuis est. si haec non audiuntur aut usque ad aures audiuntur, expectasne, Licenti, ut Augustinus iubeat conseruo suo et non plangat potius frustra iubere dominum suum, immo non iubere, sed inuitare et rogare quodam modo, ut, qui laborant, reficiantur ab eo? sed uidelicet fortissimo et praefidenti collo iugum mundi iugo Christi est iucundius. qui si laborare nos cogeret, uide, quis cogeret, qua mercede

14 Ioh. 7, 37    15 Matth. 11, 28—30

1 non in carminibus (in *del.*) *K*  2 carmina tua plangere *R*  3 uido $P^2$  4 licet, *corr. m. 1* liceat *M*  5 bonorum, *super* norum *m. ut uid. 1* ł nus *M*  quiddam $MP^2$  7 certe *R*  quid *codd.* qui *a* quam *cett. edd.; scripsi* quod  10 ecce—tantum *om.* $P^2$  12 est qui] est quid (*m. 2 del.* d) *K*  quid ego *R*  13 conseruus] conseruus tuus *R*  16 honerati *K*  17 q̃m *MR* quia $P^2$ *edd.*  19 animis $P^2$  leue *K a*  20 leuis est] leuis $P^2$  audiantur, *corr.* (*m. 1?*) audiuntur *M*  et *R*  22 potus *K*  24 feficiantur *K*  fortissimo animo et *R*  26 nos *om.* *K*

Digitized by Google

cogeret. uade in Campaniam, disce Paulinum, egregium et sanctum dei seruum, quam grandem fastum saeculi huius tanto generosiore quanto humiliore ceruice incunctanter excusserit, ut eam subderet Christi iugo, sicut subdidit; et nunc illo moderatore itineris sui quietus et modestus exultat. uade, disce, quibus opibus ingenii sacrificia laudis ei offerat refundens illi, quicquid boni accepit ex illo, ne amittat omnia, si non in eo reponat, a quo haec habet.

6 Quid aestuas? quid fluctuas? quid imaginationibus mortiferarum uoluptatum aurem accommodas et auertis a nobis? mentiuntur, moriuntur, in mortem trahunt. mentiuntur, Licenti, 'sic nobis, sicuti optas, uerum ratione patescat, sic plus Eridano fluat'. non dicit uerum nisi ueritas: Christus est ueritas; ueniamus ad eum, ne laboremus. ut ipse nos reficiat, tollamus iugum eius super nos et discamus ab eo, quoniam mitis est et humilis corde, et inueniemus requiem animis nostris. iugum enim eius lene est et sarcina eius leuis est. ornari abs te diabolus quaerit. si calicem aureum inuenisses in terra, donares illum ecclesiae dei. accepisti a deo ingenium spiritaliter aureum et ministras inde libidinibus et in illo satanae propinas te ipsum! noli, obsecro; sic aliquando sentias, quam misero et miserando pectore haec scripserim, et miserearis iam mei, si tibi uiluisti.

---

11—12 = p. 95, 6—7     13 1 Ioh. 5, 6; Ioh. 14, 6     Matth. 11, 28—30

1 campania *K*   egregium sanctumq; *R*   2 faustum (*prior* u *exp. m. 2*) *M*   huius seculi *R*   3 ceruicē *M*   4 iugo christi *R*   sicut *m. 2 s. u. K*   6 opibus *R*   ingenti *K*   refundes, *m. 2* refundens *M*   7 illi] ei *R edd. praeter m*   8 haec] haec omnia *R*   9 inmagninationibus, *corr. m. 1* imaginationibus *M*   imaginibus *R*   10 metuuntur, *m. 2* mentiuntur *K*   11 sic (c *exp. m. 2*) *M*   13 Christus est] christus enī *R* quia christus est *P*²   14 ne *om. R*   15 eius] suum *R*   quia *RP*²; *cf. p. 87, 17*   16 animabus *edd.; cf. p. 87, 19*   18 calicem aureum si *R*   21 si *R*   sentias *cum ras. super* a *M*   Explicit epistula *M.*

Digitized by Google

Arcanum Varronis iter scrutando profundi
mens hebet aduersamque fugit conterrita lucem.
nec mirum; iacet omnis enim mea cura legendi
te non dante manum et consurgere sola ueretur.
nam simul ut perplexa uiri compendia tanti
uoluere suasit amor sacrosque adtingere sensus,
quis numerum dedit ille tonos mundumque Tonanti
disseruit canere et pariles agitare choreas,
implicuit uaria nostrum caligine pectus
induxitque animo rerum uiolentia nubem;
inde figurarum positas sine puluere formas
posco amens aliasque graues offendo tenebras;
ad summam astrorum causas clarosque meatus,
obscuros quorum ille situs per nubila monstrat.
sic iacui nutans, ut talem omnino ruinam
nec qui nos prohibet latebras agnoscere caeli
nec persona daret functorum freta cauernis.
Protea namque ferunt ueterum commenta Pelasgum,
qui dum sollicitis non uult aperire futura,
spumat aper, fluit unda, fremit leo, sibilat anguis,
captum aliquando tamen in munera parua uolucrum.
at mihi, qui nimium curis grauioribus angor,

18 Verg. Georg. IV 387—529; Ouid. Met. VIII 732—737

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*P*² = *cod. Parisinus 14480 s XII.*
*K* = *cod. Casinensis 232*¹ *s. XII.*
*(Wernsdorf. poet. lat. min. IV p. 504—544; Baehrens. fragm. poet. rom. p. 413—419.)*

Rescriptum licentii ad augustinum *R* incipit epistula licentii ad augustinum *MP*² licentius ad augustinum *K* 2 habet *MP*²*K* 3 iacit, *m. 2* iacet *M* 4 non dante] donante *M* 7 to|nios *M* thomos, *m. 1 supra* ł tonos *R* tonis *edd. praeter m* tonando *m* 8 sagitare *K* 9 nostrum uaria *R* 11 sine] in *a e f Wernsdorfius* 12 grauesque *K* 13 assumam *R* 14 obscurum *K* 15 tacui *K* 17 puctorum, *m. 2* punctorum *M* punctorum *RK a l* pontorum *P*² functorum *cett. edd.* 18 prohea (*corr.* prothea) namque *P*² propterea namque *K* propter eaq' *M* 20 spumata perfluit *K* spumea perfluit *M* unda *in fine u. om., m. 2 in marg. add. M* aguis, *m. 2* anguis *M* 21 in munera] cum munera *P*² innumera *R* uolucris, *m. 1 supra* ł uolucrum *R*

dulcia quaeque animae, subdulcia pabula quaero,
Varronis responsa latent. quod supplice cantu
praesidium nymphamue rogem, quae flumina poscam?
an te uoce uocem, clari quem rector Olympi
fontibus infantum praefecit et abdita iussit
ubertate animi longe ructare fluenta?
ferto magister opem actutum, ne desere uires
inualidas mecumque sacras subuertere glebas
incipe; tempus enim, nisi me mortalia fallunt,
labitur in seniumque trahit. tibi noster Apollo
corda replet patremque suum patremque deorum
conciliat legemque bonam pacemque cruentam
monstrat et abducto uelamine singula pandit.
uiginti emensus nam longos forsitan orbes
solis eras, cum te ratio pulcherrima mundi
ditior imperiis et nectare dulcior omni
corripuit statuitque uagum medioque locauit,
omnibus unde aciem posses intendere rebus.
o bone, carpe iter annorum; sapientia quantum
crescit amore sui inueniens noua culmina semper!
perge uiam, qua te suboles praeclara Tonantis
perducit sternens in planos ardua campos.
et cum luciferos praecordia uesper in ortus
distulerit sanctumque super benedixeris ignem,
sis memor ipse mei. bibulam qui ponitis aurem
legibus inuictis, contundite pectora palmis,
sternite membra solo meritosque ciete dolores

10 Verg. Aen. III 434; I 65 22 Luc. 3, 5 25 Pers. 4, 50

1 quaeque] $\overset{e}{q}$; $P^2$ sub dulcia *R* sed dulcia *MP²K edd. praeter m* 2 supplice* *M* 3 nimphã*ue (s *eras.*) $P^2$ quae] et *edd.* poscant $P^2$ 4 an te uoce] ante uoce, *m. 2* ante uocem *M* ante uocẽ *RP²* (∼ *eras.*) uocem *om. M* 7 actu, *corr. m. 1* actutu, *m. 2* actutũ *M* ac‿tu‿tũ (*m. 2 coniunctum*) *R* ac tu tu $P^2$ (*alterum* tu *exp. m. 1*) *m* actuitũ *K* ac tu *cett. edd.* 10 que *in fine u. om. M* trahi *M* tibi *bis, alterum eras.* $P^2$ 11 patremque (que *s. u. m. 1*) $P^2$ patremque suum *s. u. m. 2 K* 12 conciliat* *M* 14 emensos $P^2$ nam] ñ* $P^2$ 16 ditior] tutior *M* et] sed, *corr. m. 1* et $P^2$ 17 statuique, *m. 2* statuitque *M* statimq; *R* 18 posse *K* 21 tonanti *M* 22 producit *MR* planas, *corr. m. 1* planos $P^2$ 23 praecorda *M* praeconia *Wernsdorfius coniecit* 24 benedixerit *m* 25 ponitis] porgitis *Baehrensius* 27 sternite—dolores *om.* $P^2$ cite *K*

Digitized by Google

et prohibete nefas. deus imperat omnibus unum,
admonet antistes uenturaque fulmina terrent.
o mihi transactos reuocet si pristina soles
laetificis aurora rotis, quos libera tecum
otia temptantes et candida iura bonorum
duximus Italiae medio montesque per altos!
non me dura gelu prohiberent frigora cano
nec fera tempestas Zephyrum fremitusque Borini,
quin tua sollicito premerem uestigia passu.
hoc opus ut iubeas tantum, cruor inriget artus,
solstitio Neuros, bruma sectabimur Histrum.
ignotus Garamas soluet mihi uincula gentis
Exampeosque lacus fugiens Hypaneius amnis
Callipidum Scythicas resonet spumosus ad undas.
ibimus et Leucos, qua Leucia solis in ortus
tenditur, et uasti deserta cacumina Cassi,
quis Epidaphnaeas aequat sibi Cassia rupes,
unde quiescentem auroram currusque solutos
sopitamque diem media sub nocte uiderem,
te suadente petam; nec enim labor aut metus ullus
terret, ubi insontes precibus deus audit apertis.

1 Verg. Aen. V, 197; Ouid. Met. X, 322 2 Verg. Aen. I 230 3—10 = p. 86, 13—20 3 Verg. Aen. VIII 560 6 Verg. Aen. VII 563 11 Cl. Claudian. in Ol. et Prob. cons. paneg. u. 135

2 uentu:aque (que *s. u. m. 1*) *P*[1] flumina *MK edd. praeter m* 4 quo *M* 5 temptantes] sectantes *Wernsdorfius coniecit; cf. p. 86, 15* ut *R* 6 duximus*** (ita *eras.*) ¦¦ italicae *M* 8 zefrum, *m. 2* zefirum *K* 11 sol sticion euros *R* solstitio mane uros *K* Neuros] Meroen (*sec. Claudian.*) *uel* Mauros *coniecit Wernsdorfius et Schraderus (obseru. 32 ex Claud. de cons. Ol. et Prob. p. 135)* sectabitur *MP*[2] (*corr.* sectabimur) 12 ignotos, *corr. m. 1* ignotus *P*[2] ignos *M* garamas *ex* garanias, *ut uid.*, *R* gamaras *K* gentis] plantis *Wernsdorfius coniecit* 13 Exampa eosque *K* Xampeosq; *R* Exampheosque *a e f l* Xampaeosque *m; cf. Herod. IV 52 et 81* Ἐξαμπαῖος *et Pomp. Mel. II 1, 7* Exampheo; *synizesis quae infra p. 93, 21* Ripheos lacos, *corr. m. 1* lacus *M* ypaneius *codd.* 14 callipedum *MP*[2]*K* resonat *edd. praeter a* 17 quis epidafneas *R* quis epidafnaeos *M* quis epi dafna eos *K* Q (i *s. u.*) sepidas naeos *P*[2] quis epidamneos *a* quis Epidamneas *e f l r* queis Epidamneas *m* 18 solutus, *corr. m. 1* solutos *M* 20 labora ut, *m. 2* labor aut *M* ullus, *sed* .ll *ex corr. m. 1* (*ex* u ?) *P*[2] 21 insontem *edd. praeter m Wernsdorfius Baehrensius*

et nunc Romulidum sedes et inania Remi
culmina bacchatasque domos uanosque tumultus
desererem et totus semel in tua corda uenirem,
ni mens coniugio incumbens retineret euntem.
crede meis, o docte, malis ueroque dolori,
quod sine te nullos promittunt carbasa portus
erramusque procul turbata per aequora uitae,
praecipites densa ueluti caligine nautae,
quos furor australis stridens et flatus ab Euro
perculit et raptis priuauit turbo magistris;
protinus abruptis miseri uoluuntur in undis,
non forus aut prorae, non lintea deinde procellas
ferre ualent ratioque iacet stupefacta regendi:
sic me uentus agit uoluuntque cupidinis aestus
in mare letiferum. nec terrae protinus absunt,
sed mecum reputans tua candida uerba, magister,
haec magis esse reor tibi credere: 'callida res est,
decipit atque animis molitur retia nostris.'
praeteritos oblitus enim, praesentia praesto
nunc tibi cara, tuo nos non de pectore lapsi.
ei mihi quo ferar, unde uelim tibi pandere mentem!
ante sub Aegeo aptabunt pia tecta palumbes
et uersa alcyone componat in arbore nidos,
esuriens uitulos alat ante leaena sequaces
atque inpasta diu teneros lupa nutriat agnos
mutantesque suis diuisum partibus orbem
aut Barcaeus aret Taurum aut Hyrcania Mauros,

10 Verg. Aen. V 867 13 Ouid. Trist. I 2, 32

1 ania, *corr. m. 1* inania *M* recti *M* reti *R* tecti $P^1$ *edd.; cf. Stat. Silu. II 7, 6* 'culminibus Rĕmi'; Rēmus *sicut* Ῥῆμος *et* Ῥῶμος (*Anthol. Pal. gr. II 19; Suid. s. u.* βρουμάλια) 2 bacatasque *M* domus *edd.* uanosque] sua!nosque *M* 3 disererem *K* 7 per *om. M* 10 pertulit *R* turbauit *R* 12 forus *ex* forais *m. ut uid. 1 M* prora *M* 13 iacet *om. R* 14 cupidis, *m. 2* cupidinis *M* 15 nec *ex* nunc *m. 1* $P^2$ absunt] adsunt *Baehrensius ex Wernsdorfi coniectura* 16 candida *om. M* 20 charo *e* chare *f l r m* care *Wernsdorfius Baehrensius* nos non *scripsi;* nos nos *R*$P^2$ (*post.* nos *s. u. m. 1*) nos *K* nos nunc *M edd.* 21 hei *a e* heu *cett. edd.* 22 optabunt *MRK edd. praeter m* 23 altione *R* componet *m* 24 alat ante] a lactan|te *M* alet ante $P^2$ *m* leenas equaces *M* 25 nutriet *m* 26 suis] suum $P^2$ 27 Barcaeus] parca ei' *M* aret tarum *M* arcet taurum *R* arectaurum *K* alet Taurum

Digitized by Google

ante Thyesteis iterum male territa mensis
interrupta dies refugos uanescat in ortus,
ante dabunt imbres Nilum, super aethera dammae
errabunt montesque canant et flumina laudent,
quam mihi post tergum ueniant tua dona, magister.
arcet amor coplamque tenet communis honesti.
hic, hic regnat amicitiae decus hoste fugato.
nam neque propter opes uitreas aurumque rebelle
iungimus adsensus animorum; nam neque uulgi
nos fortuna ruens, quae separat ardua, iunxit,
sed labor interiora legens uulgata libellis
atque animis inuenta tuis et nobile dogma
indictum contraque bonos responsa relatus.
et mea Calliope quamuis te comminus altum
horreat et uultus abscondat inutile tractans,
hoc tamen, hoc animi uinclum nexusque fideles
non qui montosis firmatas rupibus Alpes
fregit et Italicas pressit cum moenibus urbes,
rumperet aut nostro tereret de robore quicquam.
ite procul latices tumidis anfractibus orti
aut ab Arimphaeis Ripheos aut oppida Caspi
Cimmeriasque domos seiungere flumine largo
Maeotidumque plagae *et* pontus quas obruit Helles
Europae atque Asiae longe discrimina tendant.

1—4 Cl. Claudian. in Ol. et Prob. cons. paneg. u. 169—172 17 Cl. Claudian. de bello Pollent. u. 532

(taurum) *edd.* hircania sauros *RP*$^1$ *m* hircanias|auros *M* hyrcanias auros *K* Hyrcania Tauros *cett. edd.* Hyrcania Mauros *Wernsdorfius coniecit* 2 uanescet *m* (*Claudian.* uertetur) 3 aethera] aequora *Schraderus obs. 32 ex Claud. de cons. Ol. et Prob. p. 135; cf. Verg. Buc. I 60* dammae *ex corr., fuisse uid.* damniae *R* 4 canent *f l r m* plaudent *f l r m* 5 postergum *M* 6 copulamque *codd. a l m* coplamque *e f r* 7 hoste] honeste *M* 8 opos, *corr. m. 1* opes *P*$^2$ opus *M* 10 uixit, *corr. m. 1* iunxit *M* 12 animis (is *s. u. m. 2*) *K* tuis] piis *Baehrensius* 13 bonus *P*$^2$ *m* 16 uincqlum (u *exp.*) *M* 19 terreret robore *edd.* quicquam] uires, *m. 1 supra* quicquam *R* 20 noxi *M* oxi *P*$^2$*K edd.* 21 ab *s. u. m. 1 P*$^2$ arimfaeis *M* arimfa eis *K* arimfeis *R* arinfeis *P*$^2$ Aremphaeis *edd.* rifaeos *M* rifeos *RP*$^2$ rifaeis||rifaeos *K* Rhiphaeos *l m* Rhipheos *cett. edd.; cf. p. 91, 13* 22 caimmeriasque *K* 23 metidumque *R* Maeotumque *Wernsdorfius* pela|gae *M* et *add. Wernsdorfius*

Digitized by Google

nonne boum per utrumque latus armenta fatigans
finibus abscidit Talari Dodona Molossos,
. . . . . . . . . . . . . . . .
cognatosque Arabas? nec pacis foedus amicum
Sidonios inter mansit regnumque Pelasgum
sacrilegosque Phrygas, quamuis pro tempore cunctis
hospitium commune fuit. quid denique fratrum
discidium pugnasque canam? quid honesta parentum
uerbera? quid matrum furias natosque superbos?
est etiam superum concors discordia rerum
totque fluunt ritus, quot dat sententia leges.
nos tenet unus amor. non si mihi murmura centum
det Boreas totidemque animas centumque per ora
lingua rigens adamante fremat, memorare queamus,
quae sociata prius ueterum natura locorum
distulit et † tereti limauit gloria mundo.
sed nos, praeterea quod ab una exsurgimus urbe,
quod domus una tulit, quod sanguine tinguimur uno
saeclorum, christiana fides conexuit; et quod
nos iter inmensum disterminat et plaga ponti
interfusa cohercet, amor contemnit utrumque,
gaudia qui spernens oculorum semper amico
absenti fruitur, quoniam de corde profundo
pendet et internae rimatur pabula fibrae.
interea uenient quaecumque futura bonorum
scripta salutiferi sermonis et illa priorum

12 Verg. Georg. II 43—44; Ouid. Met. VIII 532; Cl. Claudian. in Ol. et Prob. cons. paneg. u. 55 20 Verg. Georg. IV 480; Cl. Claudian. de raptu Pros. I 23

1 nonne bou $P^1$ non eboum *K* 2 abscidit] abscindit *Wernsdorfius* talaris $P^2$ dodonā olossos *M* molossis, *corr. m. 1* molossos $P^2$ molassos *K* 3 *lacunam significaui* 4 paucis *M* 5 si doneos *MK* mansis *M* pelopum *codd. edd.;* Pelasgum *conieci cum Baehrensio (cf. p. 89, 18 Aesch. Suppl. 250 sqq. Herod. I 1)* 6 Phryges *edd.* 7 hospitio *MR*$P^2$ *edd.* qui, *m. 2* quid *K* 8 dissidium *edd. praeter a* cana *M* 11 quod *MK* 12 nos *scripsi (cf. p. 92, 20);* non *R* nec *M*$P^2$*K* *edd.* munera *K* 14 linga, *corr. m. 1* lingua *M* firmat *M* memorareq' eamus *K* memorare ualebo *M*$P^1$ *edd.* 15 ueteranorum *M* 16 gloria] glarea *edd. praeter a* 17 praetereo $P^2$*K* *l m* 18 tingimur *M*$P^2$*K* *edd.* 19 christiana] una christi *M* conexit, *corr. m. 1* conexuit *M* contexuit *K* 23 absente *K* 26 piorum *r*

Digitized by Google

aequiperanda fauis, reputans quae pectore in alto
conceptum in lucem uomuisti nectareum mel,
praesentem ipsa mihi te reddent, si mihi morem
gesseris et libros, quibus in te lenta recumbit
musica, tradideris; nam ferueo totus in illos.
adnue, sic nobis uerum ratione patescat,
sic plus Eridano fluat et contagia mundi
nequiquam uolitent nostri circum arua coloni.

## XXVII.

DOMINO VERE SANCTO ET VENERABILI ET EXIMIA IN CHRISTO LAUDE PRAEDICANDO FRATRI PAULINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 O bone uir et bone frater, latebas animam meam. et ei dico, ut toleret, quod adhuc lates oculos meos; et uix mihi obtemperat, immo non obtemperat. an uero tolerat? cur ergo me excruciat desiderium tui apud ipsam intus animam? nam si molestias corporis paterer et si non perturbarent aequitatem

6 Tibull. II 5, 121   6—7 = p. 88, 11—12

1 reputansq' *M*   pectoris, *corr. m. 1* pectore *K*   3 si mihi (mihi *s. u. m. 1*) $P^2$   4 in te lenta] intellecta *Wernsdorfius; cf. Verg. Buc. I 1 et 4*   5 ferti eo *K*   7 erida nos luat, *corr.* eridano fluat *M*   8 nequiquam, *corr.* nequicquam, *sed* c *eras. uid. K* nequaquam *R* nequicquam $MP^2$ *edd.*   Explicit epistula *M.*

*P* = *cod. Parisinus 11641 s. VI. (deest pars prior usque ad p. 99, 21* de me.)
*E* = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis 16* $^{19}$ *s. XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 989 s. XI.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

12 in domino salutem *om. E*   14 to*leret *E* (t *eras.*) $P^1$ (l *eras.*) toleres *C* toleret *corr. m. 2* (*ex* coleret ?) *M* coleret *A*   15 obtemperatim modo non *A*   to*lerat (l *eras.*) $P^1$   ego, *corr. m. 1* ergo *M*   16 tui *ras. ex* tuū *M*   nam *om. E* nan $P^2$   17 et *om. E*

Digitized by Google

animi mei, recte illas tolerare dicerer; cum autem non aequo animo fero, quod te non uideo, intolerabile est istam appellare tolerantiam. sed quando tu talis es, esse sine te fortasse intolerabilius toleraretur. bene est ergo, quia aequo animo ferre non possum, quod si aequo animo ferrem, aequo animo ferendus non essem. mirum est, sed tamen uerum, quod mihi accidit: doleo, quod te non uideo, et me ipse consolatur dolor. ita mihi displicet fortitudo, qua patienter fertur absentia bonorum, sicuti es. nam et Hierusalem futuram desideramus utique et, quanto inpatientius desideramus ipsam, tanto patientius sustinemus omnia propter ipsam. quis igitur potest non gaudere te uiso, ut posset, quamdiu te non uidet, non dolere? ergo neutrum possum et, quoniam, si possem, immaniter possem, non posse delector atque in eo, quod delector, nonnullum solatium est. dolentem itaque me non sedatus, sed consideratus consolatur dolor. ne reprehendas, quaeso, sanctiore grauitate, qua praeuales, et dicas non recte me dolere, quod adhuc te non nouerim, cum animum mihi tuum, hoc est te ipsum interiorem aspiciendum patefeceris. quid enim? si uspiam te uel in terrena tua ciuitate didicissem fratrem et dilectorem meum et tantum in domino ac talem uirum, nullumne me dolorem sensurum fuisse arbitrareris, si non sinerer nosse domum tuam? quo modo ergo non doleam, quod nondum faciem tuam noui, hoc est domum animae tuae, quam sicut meam noui?

1 animae meae *E* aequo non *C* 3 intolerantiam $P^1$ es esse] ee (*corr. m. 1* es) ēē *M* es esse alibi in te habe et *C* esses alibi in te habet $P^2$ intolerabilius fortasse *E* 4 qui *A* 5 non *bis A* quod] sed *E* aequo animo ferendus] et qm̄ hoc ferendū *E* 6 est enim sed *C* 8 dispicet, *m. 2* displicet *R* 9 secuti *A* 11 quisquis *E* 12 ut *om. E* possit *ERm* 13 dolore, *m. 2* dolere $EP^2$ ego *E* quoniam *om. A* 14 adque *A* 15 quod (*m. 2 exp.* d) *E* 16 non $CP^2$ 17 sancti ore, *m. 2* sanctiore *EM* 18 dolore, *m. 2* dolere $P^2$ 20 uspiam] aspicerem $P^1$ te *om. E* terna, *corr. m. 1* terrena *M* 21 didiscem, *add. m. 1 in marg.* cis $P^1$ fraterem, *m. 2* fratrem *M* meum *om. E* tantu, *m. 2* tantū *C* 22 fuisse sensurum *E* 24 doleam (l *ras. ex* d) *E*

Digitized by Google

2 Legi enim litteras tuas fluentes lac et mel, praeferentes simplicitatem cordis tui, in qua quaeris dominum sentiens de illo in bonitate, et adferentes ei claritatem et honorem. legerunt fratres et gaudent infatigabiliter et ineffabiliter tam uberibus et tam excellentibus donis dei, bonis tuis. quotquot eas legerunt, rapiunt, quia rapiuntur, cum legunt. quam suauis odor Christi et quam fraglat ex eis, dici non potest. illae litterae cum te offerunt, ut uidearis, quantum nos excitant, ut quaeraris! nam et perspicabilem faciunt et desiderabilem. quanto enim praesentiam tuam nobis quodam modo exhibent, tanto absentiam nos ferre non sinunt. amant te omnes in eis et amari abs te cupiunt. laudatur et benedicitur deus, cuius gratia talis es. ibi excitatur Christus, ut uentos et maria tibi placare dignetur tendenti ad stabilitatem suam. uidetur a legentibus ibi coniunx non dux ad mollitiem uiro suo, sed ad fortitudinem redux in ossa uiri sui, quam in tuam unitatem redactam et redditam et spiritalibus tibi tanto firmioribus, quanto castioribus nexibus copulatam officiis

1 Exod. 3, 8 al. 2 Sap. 1, 1 3 Ps. 28, 2 7 II Cor. 2, 15 13 Matth. 8, 26

2 senties *E* 3 in bonitate et afferens ei claritatem et honorem $P^1$ *edd. praeter m* in bonitate. Aliī. Et afferentes claritatē ł honorē. et offerens ei claritatē et honorē *R* 4 faudebant, *corr. m. 1* gaudebant $P^1$ et ineffabiliter *om.* $P^1$ 5 uberius *EC* excellentius *E* 7 fraglat, *sed m. 2 ex* flagrat *factum uid. R* flagrat *EMAP*$^2$ fragrat *edd.* non *om. A* 8 te *om. E* nobis (bi *exp. m. 2*) $P^2$ excitent *ACP*$^1$$P^2$ (*m. 2* excitant) *R edd. praeter m* 9 perspica|lem *M* faciunt] te faciunt *E* et *om. MA* 11 sinuit *A* 12 in eis] et in eis *M* mei *A* beneditur, *m. 2* benedicitur *M* 13 cuis *M* talis] tu talis *edd.* est, *m. 2* es *C* excitatus *E* excitari $P^1$ ut] et $P^1$ 14 tibi *om. E* placaret *E* dignetur *om. EMAP*$^1$$P^2$ *edd. praeter m* tondendī, *m. 2* tondenti $P^2$ 15 uidetur legentibus *E* uideatur elegentibus (e *ante* l *exp.*) *A* dignetur a legentibus *a e r* dignetur *f l* moll tiam, *m. 2* mollitiem *E* molliciam *A* 16 re*dux (d *eras.*) *E* reduxi nossa (*corr. m. 2*) *M* in os a $P^2$ in osse *R* quā (~ *eras. et m. 2* si *add.*) *A* in tuam munitatem, *corr.* in tuam unitatem *A* in tua munitatem (*utrumque* m *eras.*) $P^2$ 17 redactam et redditam, *corr.* redacta et reddita *A* et in spiritalibus *E* 18 copulatā (~ *eras.*) *A*



Digitized by Google

uestrae sanctitati debitis in te uno resalutamus. ibi cedri Libani ad terram depositae et in arcae fabricam compagine caritatis erectae mundi huius fluctus inputribiliter secant; ibi gloria, ut adquiratur, contemnitur et mundus, ut obtineatur, relinquitur; ibi paruuli siue etiam grandiusculi filii Babylonis eliduntur ad petram, uitia scilicet confusionis superbiaeque saecularis.

3 Haec atque huius modi suauissima et sacratissima spectacula litterae tuae praebent legentibus, litterae illae, litterae fidei non fictae, litterae spei bonae, litterae purae caritatis. quo modo nobis anhelant sitim tuam et desiderium defectumque animae tuae i n  a t r i a  d o m i n i! quid amoris sanctissimi spirant! quantam opulentiam sinceri cordis exaestuant! quas agunt gratias deo! quas impetrant a deo! blandiores sunt, an ardentiores? luminosiores, an fecundiores? quid est enim, quod ita nos mulcent, ita accendunt, ita compluunt et ita serenae sunt? quid est, quaeso te, aut quid tibi pro eis rependam, nisi quia totus sum tuus in eo, cuius totus es tu? si parum est, plus certe non habeo; tu autem fecisti, ut non mihi uideatur parum, qui me in illa epistula tantis laudibus honorare dignatus es, ut, cum tibi me refundo, si parum hoc putem, tibi non credidisse conuincar. pudet me quidem tantum boni de me credere, sed plus piget tibi non

1 III Reg. 5, 6; 9    5 Ps. 136, 8—9    11 Ps. 83, 3

1 sanctitatis *ECR*   in te] m̃te $P^2$   resalutamus, *m. 2* ore resalutamus *C* resoluit animus (*m. 2* animum) *A* ore salutamus $MP^2$ *edd. praeter m*   2 in arce $EMCP^2$ marcae $P^1$ arce *A*   3 setant $P^1$   4 ut* *M* quiratur, *m. 2* adquiratur *M* adqui**ratur (ra *eras.*) $P^2$   6 superbiae quae, *m. 2* superbiaeq; *E*   9 litterae *ante* illae *fere eras. E om.* $P^1$   10 ficta, *m. 2* ficte *E*   purae] parent *E*   11 siton, *m. 2* sitim *A*   12 in atria] in altaria *M* intra, *m. 2* in terra *A*   quid amoris] quidam oris, *m. 2* quae dum oris *M*   sanctissimi* (s *eras.*) *E*   15 an *om. C* liminosiores *A* luminiores (*m. 2 del.*) *R*   enim est *M edd.*   16 mulcent et ita *E*   accedunt, *m. 2* accēdunt *A*   17 se renescunt *A* pro his $P^1$   18 rependam, *m. 2* u *super* a *M*   tuus sum *M*   19 tu *om. m*   paruum $P^1$   20 parum uideatur *edd.*   21 ut] et $AP^1$   mihi, *m. 2* tibi *M*

Digitized by Google

credere. est, quod faciam. non me credam talem, qualem putas, quoniam non agnosco, et credam me abs te diligi, quoniam sentio et plane percipio. ita nec in me temerarius nec in te ingratus extitero. et cum me tibi totum offero, parum non est; offero enim, quem uehementissime diligis, et offero, si non qualem me esse arbitraris, eum tamen, pro quo, ut talis esse merear, deprecaris. hoc enim magis iam peto facias, ne minus optes mihi adici ad id, quod sum, dum me existimas iam esse, quod non sum.

4 Ecce carissimus meus est et ab ineunte adulescentia mihi familiariter amicissimus, qui hanc eximietati tuae ac praestantissimae caritati epistulam adportat. huius nomen est in libro 'de religione', quem tua sanctitas, quantum litteris indicas, libentissime legit; factus enim tibi etiam tanti uiri, qui tibi eum misit, commendatione iucundior. neque huic tamen tam familiari amico meo uelim credas, quae de me forte laudans dixerit. sensi enim etiam ipsum saepe non mentiendi studio, sed amandi propensione falli iudicantem et arbitrari iam me accepisse quaedam, quibus accipiendis a domino patente ore cordis inhiarem. et si hoc in os meum, quis non coniciat, quanta de me absente meliora quam ueriora laetus effundat? librorum autem nostrorum copiam faciet uenerabili studio suo; nam nescio me aliquid siue ad eorum, qui extra ecclesiam dei sunt, siue ad aures fratrum scripsisse, quod ipse non habeat. sed tu cum legis, mi sancte Pauline,

1 est] et *E* quod] quod non *E* quid *A* 2 cognosco *E* 3 inime, *corr. m. 1* in me *E* 4 in te *om. C* 5 uehentissime *E* 6 eum] cum *C* 7 ut talis] uitalis *P*[1] magis *om. R* iam peto] impeto *E* 8 adici ad] dici ad *E* adiciat *P*[1] 9 me *om. E* 10 ineunti *P*[1]*R* 11 eximiae *E* 12 aportat *A* 13 sanctitas tua *P*[1] 14 libentissima elegit *A* factus est enim *E edd. praeter a* 15 huic enī *ex corr. m. 1* (*fuit* huc *et pro* enī *fuisse uid.* tm̄) *C* enim huic *a e* tamen huic *cett. edd.* 16 ue*lim (l *eras.*) *E* 17 laudans forte *E* 18 mentientis *P*[1] studium *E* propensiore *E* 19 arbitrare *E* 21 conciat, *m. 2* coniciat *M* 23 uenerabili, *m. 2* uenerabilem *M* 24 extrā *P*[1] 25 habeat, *m. 2* habeas *C* *pro* mi *ras. E*



Digitized by Google

non te ita rapiant, quae per nostram infirmitatem ueritas loquitur, ut ea, quae ipse loquor, minus diligenter aduertas, ne, dum auidus hauris bona et recta, quae data ministro, non ores pro peccatis et erratis, quae ipse committo. in his enim, quae tibi recte, si aduerteris, displicebunt, ego ipse conspicior, in his autem, quae per donum spiritus, quod accepisti, recte tibi placent in libris meis, ille amandus, ille praedicandus est, apud quem est fons uitae et in cuius lumine uidebimus lumen sine aenigmate et facie ad faciem, nunc autem in aenigmate uidemus. in his ergo, quae ipse de ueteri fermento eructaui, cum ea legens agnosco, me iudico cum dolore; in his uero, quae de azymo sinceritatis et ueritatis dono dei dixi, exulto cum tremore. quid enim habemus, quod non accepimus? at enim melior est, qui maioribus et pluribus quam qui minoribus et paucioribus donis dei diues est. quis negat? sed rursus melius est uel de paruo dei dono gratias ipsi agere quam sibi agi uelle de magno. haec ut ex animo semper confitear meumque cor a lingua mea non dissonet, ora pro me, frater; ora, obsecro, ut non laudari uolens, sed laudans inuocem dominum, et ab inimicis meis saluus ero.

5 Est etiam aliud, quo istum fratrem amplius diligas; nam est cognatus uenerabilis et uere beati episcopi Alypii, quem

8 Ps. 35, 10 9 I Cor. 13, 12 11 et 13 I Cor. 5, 7—8 14 I Cor. 4, 7 20 Ps. 17, 4

1 loquitur ueritas *P*[1] 2 adueritas (i *del.*) *R* 3 auidius *R* auris *PE* bona et recta] beno tractata *P*[1] data, *m. 2* data sunt *C* 4 peccatis** et (is *eras.?*) *A* erratibus *R* 5 enim, *m. ut uid. 1 supra* ł autem *P*[1] quae tibi] quae per donum tibi (per donum *del.*) *P*[1] auerteris *PE* 7 amandus] amandus est *C* 9 et] sed *Rm* 10 uidebimus (bi *del.*) *C* 11 ergo quae—in his *om.* *A* uetere *P* (*corr.* ueteri) *M* eructuaui *EMP*[2] 12 iudic*o (i *eras.*) *M* 13 azymos, *m. 2* azymis *E* dilexi *A* ex, *m. 2 in marg. add.* ulto *C* 14 at] ad *E* (*m. 2 add.* eo) *M* (*m. 2* at) adeo *A* apud deum *P*[2] *edd. praeter m* 15 meliorē qui *P*[2]*R* 17 ipsi agere] agere ipsi *P*[1] agere *R* 18 uelle (le *s. u.*) *P* 21 ero] fiam *P*[2] 23 episcopi *om.* *PE* episcopi alȳpii *C* alyppii episcopi *P*[1]

toto pectore amplecteris et merito. nam quisquis de illo uiro benigne cogitat, de magna dei misericordia et de mirabilibus dei muneribus cogitat. itaque cum legisset petitionem tuam, qua desiderare te indicasti, ut historiam suam tibi scribat, et uolebat facere propter beniuolentiam tuam et nolebat propter uerecundiam suam. quem cum uiderem inter amorem pudoremque fluctuantem, onus ab illo in umeros meos transtuli; nam hoc mihi etiam per epistulam iussit. cito ergo, si dominus adiuuerit, totum Alypium inseram praecordiis tuis; nam hoc sum ego maxime ueritus, ne ille uereretur aperire omnia, quae in eum dominus contulit, ne alicui minus intellegenti — non enim abs te solo illa legerentur — non diuina munera concessa hominibus, sed se ipsum praedicare uideretur et tu, qui nosti, quo modo haec legas, propter aliorum cauendam infirmitatem fraternae notitiae debito fraudareris. quod iam fecissem iamque illum legeres, nisi profectio fratris inprouisa repente placuisset, quem sic commendo cordi et linguae tuae, ut ita comiter ei te praebeas, quasi non nunc illum, sed mecum ante didiceris. si enim cordi tuo non dubitauerit aperire se ipsum, aut ex omni aut ex magna parte sanabitur per linguam tuam. uolo enim eum numerosius contundi eorum uocibus, qui amicum non saeculariter diligunt.

6 Filium autem eius, filium nostrum, cuius etiam nomen in aliquibus nostris libris inuenies, etsi ad tuae caritatis praesentiam ipse non pergeret, statueram litteris in manum

2 bene *E* de magna—cogitat *om.* $P^2$ 3 dei] et dei *MA*$P^1$ 4 iudicasti *R* 5 boniuolentiam *E* et nolebat] nolebatque $P^1$ 6 uiderim *PE* amor ē (*coniunxit m. 2*) *M* 7 ab *in ras. 4 fere l. m. 1 P* in umeros] innumeros, *m. 2* in humeros *M* 8 mihi * (p *eras.*) $P^1$ 9 alȳpium *C* insera $P^1$ 13 se *om. m* 14 qui *om.* $P^1$ *aliorum *E* 15 infirmitatem ergo fraternae $P^1$ fraudareris *ex corr. m. 1, fuisse uid.* frauderis *P* 16 quod *om.* $P^1$ iamque] iam $P^1$ 18 comitere ite *E* comitem rei te *MAR* comitē ei te *C*$P^1P^2$ comitem te ei *edd. praeter m* non nunc *spatio relicto om.* $P^1$ 19 metum $P^1$ meum *C* corde *PE* 21 sanabunt *C* 22 quia mecum *A* 25 praesentia $P^1$ statuerat litteris *MC*$P^2$ *a e* statuerat litteras *A* statuerat mittere cum litteris $P^1$ in manu tua *MAC*$P^1$ *edd. praeter m* in manu $P^2$

Digitized by Google

tuam tradere consolandum, exhortandum, instruendum non tam oris sono quam exemplo roboris tui. ardeo quippe, ut, dum adhuc aetas eius in uiridi faeno est, zizania conuertat in frugem et credat expertis, quod experiri periculose desiderat. nunc ergo ex eius carmine et ex epistula, quam ad eum misi, intellegit beniuolentissima et mansuetissima prudentia tua, quid de illo doleam, quid timeam, quid cupiam. nec despero adfuturum dominum, ut per te ministrum eius tantis curarum aestibus liberer. sane quia multa scripta nostra lecturus es, multo mihi erit gratior dilectio tua, si ex his, quae tibi displicuerint, emendaueris me iustus in misericordia et argueris me. non enim talis es, cuius oleo timeam inpinguari caput meum. fratres non solum qui nobiscum habitant et qui habitantes ubi libet deo pariter seruiunt, sed prope omnes, qui nos in Christo libenter nouerunt, salutant, uenerantur, desiderant germanitatem, beatitatem, humanitatem tuam. non audeo petere, sed si tibi ab ecclesiasticis muneribus uacat, uides, quid mecum sitiat Africa.

11 Ps. 140, 5

1 tradere *om.* $P^1$ 2 ori, *corr. m. 1* oris $P^2$ quem *A* 3 estas $P^1$ uiridi///// *(ras. 1—2 l.) A* uiride, *m. 1 corr.* uiridi *C* conuertatur *R* 4 exper*tis (i *eras.*) *P* experire *PE* 6 et] tua (*m. 1 del.*) et *M* mansuetissima (si *m. 2 in ras. paulo maiore*) *E* 8 effecturum $P^1$ 9 liberer, *m. 2* liberetur *C* scriptura *A* 10 multa *M* multum $P^2$ erit mihi *edd.* ex his] ea $P^1$ 11 dispicuerint *R* emendaueris** (st *eras.*) *C* me *om.* $P^1$ 14 ubilibet habitantes *MC*$P^1P^2$*R edd.* ubi licet habitantes *A* 15 qui *om. R* 16 beatitudinem *MAC*$P^1P^2$*R edd.; cf. ep. XXXI, 2* 18 uide $P^1$ uenias et uideas *edd. praeter m* me cum (*coniunxit m. 2*) *M* metum $P^1$ sentiat *MAC*$P^1P^2$*R edd. praeter m; cf. ep. XXXI, 4; XXXXII.*

Digitized by Google

## XXVIII.

DOMINO DILECTISSIMO ET CULTU SINCERISSIMO CARITATIS OBSERUANDO ATQUE AMPLECTENDO FRATRI ET CONPRESBYTERO HIERONYMO AUGUSTINUS.

I 1 Numquam aeque quisquam facie cuilibet innotuit quam mihi tuorum in domino studiorum quieta laetitia et uere exercitatio liberalis. quamquam ergo percupiam omnino te

*P* = *cod. Parisinus 1868 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12163 s. IX.*
$P^2$ = *cod. Parisinus 12163 (iterum) s. IX.*
$P^3$ = *cod. Parisinus 13047 s. IX.*
*K* = *cod. Coloniensis 35 s. IX.*
$K^1$ = *cod. Coloniensis 60 s. IX.*
*B* = *cod. Veronensis XVI, 14 s. IX.*
*O* = *cod. Bodleianus Laud. misc. 252 s. IX ex.*
*V* = *cod. Vaticanus 355 s. IX—X.*
*S* = *cod. Sangallensis 159 s. X.*
*Q* = *cod. Augiensis LII s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*R* = *cod. Vaticanus 341 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*E* = *cod. Einsidelensis 130 s. XI.*

*Pro inscriptione in* $P^1MP^4$ *est:* Hieronimo presbitero augustinus presbiter 2 sincerissimae $P^3E$ 3 obsequendo $P^2KK^1BOVSRAC$ *edd.* adque, *m. 2* atque $P^3$ conplectendo *O* (*corr. m. 1* amplectendo) *E* 4 agustinus presbiter $PP^3$ augustinus in domino salutem *QE* 5 aeque *om. VC* aequae *M* ea et quid, *m. 2 exp.* ea et *corr.* quis $P^3$ me $P^2KK^1$ *(sed eras.) B* (*m. 2* ea quae) *O* (*m. 1 in marg.* ł te) *SRA* quisquam facie, *m. 2* cuiquam tam facile $P^3$ quisquam fatię (*aut* facię) *P* quisquam facile $P^1P^2KVQMCE$ quicquam (c *in ras. m. 1*) facile $P^4$ quisque facile *BS* (*m. 2* quisquam tam facile) quisquam tam facile $K^1OA$ *a* tam facie quisquam *R* quisquam tam facie *cett. edd.* innotuit *del. m. 2 et in marg. add.* ignouit $P^3$ innotauit *A* quam, *m. 2* quam te *S* 6 mihi *om. A* qui et ad laetitiam $P^1M$ (*m. 2* quieta adh laetitia) quia (a *exp.*) eta laetitia *B* quiet aeleta $P^2$ quieta laeta *VRC m* et uere] et uera $P^2$ uetere, *m. 2 supra* ueterum *P* 7 exercitatione (ne *del.*) *B* liberalis] in domino liberalis $P^2KK^1BOVSR$ ego $P^2KK^1BOS$ (*m. 1 corr.* ergo) *Q* (*m. 1 ? corr.* ergo) percutiam $P^1$ cupiam $PP^3B$

Digitized by Google

nosse, tamen exiguum quiddam tui minus habeo, praesentiam uidelicet corporis. quam ipsam etiam, posteaquam te beatissimus nunc episcopus tunc uero iam episcopatu dignus frater Alypius uidit remeansque a me uisus est, negare non possum magna ex parte mihi esse relatu eius inpressam et ante reditum, cum te ille ibi uidebat, ego uidebam sed oculis eius. non enim animo me atque illum sed corpore duos, qui nouerit, dixerit, concordia dum taxat et familiaritate fidissima, non meritis, quibus ille antecellit. quia ergo me primitus communione spiritus, quo in unum nitimur, deinde illius ex ore iam diligis, nequaquam inpudenter quasi aliquis ignotus commendo germanitati tuae fratrem Profuturum, quem nostris conatibus, deinde adiutorio tuo uere profuturum speramus, nisi forte quod talis est, ut ipse tibi per eum fiam commendatior quam ille per me. hactenus fortasse scribere de-

1 quiddam *om., m. 2 add. R* quidam *P* (*m. 2* quiddam) *P¹P²BQ* (*m. 1 corr.* quiddam) *M* (*m. 2* quiddam) quidem *S* minus tui *R* tui munus *P* tui ninus *P¹* tui nimis *A* habeam *P¹M* ab eo *P²* 2 ipse *P²KK¹BOVSQRCE* te *om. M* beatissimos, *m. 2* beatissimus *P³* 3 nunc *om. P⁴* iam *om. A* episcopatus *P²KBV* ī episcopatu, *sed* ī e *postea m. 1 add. uid. M* frater] iam frater *A* 4 uidit *om. C* ad *M* uisum *P¹* possum//// *P³* 5 magne *K* ex parte] aparet, *m. 2* ex parte *P³* mihi ex parte *R* relatū *P* relato *K* relata *B* 6 redditum *B* ille ibi *m. 2 ex* illubi *ut uid. B* uideam *P* et *P* oculos *P* oculi, *m. 2* oculis *B* 7 adque *P* duos//// (*ras. 4—5 l.*) *Q* quia *P* 8 fidissimam (m *del.*) *B* fidelissima *C* 9 meretis, *m. 2* meritis *K¹* ego *P²S* (*m. 1? corr.* ergo) *QR* 10 communiones *P²* communionis *Q* communitione *A* spiritus] p̄s *P²* quo] co *P²* quod *P³* nectimur *lrm* illum *C* 11 iam *om. A* quem iam *R* 12 germanitate, *corr.* germanitati *B* quem] quam *P²* speramus quem (speramus *del. m. 1*) *Q* 13 deinde *om. P¹MP⁴* speramus (us *ex corr. m. 2*) *O* 14 tales, *m. 2* talis *P³* fiar *P¹P²* (r *in ras. m. 1*) *KOV* (r *in ras.; m. 1?*) *QACE* (*m. ut uid. 1 corr.* fiā) fiat (t *in ras.*) *K¹* fiam *ex corr. m. 2; fuisse uid.* fiar *M* commentior, *m. ut uid. 1 corr.* commendatior *O* commodatior *A* 15 actenus *PP¹P²KBOVS* (*m. 1 add.* h) *QAC* debuerem, *m. 2* debuerim *P³* debuerit *K* debueram *P²K¹* (*m. 2* debuerim) *VS* (*super* m *ras.*) *QRAC* debuerimus *E*

Digitized by Google

buerim, si esse uellem epistularum sollemnium more contentus. sed scatet animus in loquelas communicandas tecum de studiis nostris, quae habemus in Christo Iesu domino nostro, qui nobis multas utilitates et uiatica quaedam demonstrati a se itineris etiam per tuam caritatem non mediocriter ministrare dignatur.

II 2 Petimus ergo et nobiscum petit omnis Africanarum ecclesiarum studiosa societas, ut interpretandis eorum libris, qui graece scripturas nostras quam optime tractauerunt, curam atque operam inpendere non graueris. potes enim efficere, ut nos quoque habeamus tales illos uiros et unum potissimum, quem tu libentius in tuis litteris sonas. de uertendis autem in linguam latinam sanctis litteris canonicis laborare te nollem, nisi eo modo, quo Iob interpretatus es, ut signis adhibitis,

1 si] ut si $P^2KK^1$ (ut *fere eras.*) *BVS* (ut *del. m. 2*) *QC* **si *E* uelem, *corr.* uellem *B* epistolatum, *m. 2* epistolarum $P^3$ epistularū* *K* sollemnium more] solemnium mo $P^1$ sollemni immo (im *exp. m. 2*) re $P^3$ contemptus $P^2B$ conuentus *R* 2 scatet $P^3$ (*m. 2 supra* feruet) *E* (*m. ut uid. 1 supra* ł sapit) scat, *corr. m. 1* scatet $K^1$ scatit *Q* sicut et *P* stat $P^2$ 3 de his studiis nostris *K* (his *s. u. m. 1*) *BO* 4 utilitates multas *M* quēdā $P^2$ demonstrati] . . . . nstra . . *laeso folio perditum* $P^1$ demonstrabit $P^2$ demonstrauit *KBOVSQCE* monstrauit *R* 5 a se *om.* $P^2KK^1$ (*m. 1 s. u. add.*) *BOVSQRCE* per tuam] per uiam *V* peruiam *C* per caritatem tuam $P^4$ 6 monstrare *R* dignetur, *m. 2* dignatur *O* 7 nobis competit *P* omnes $PP^2$ africanorum $P^2KK^1$ (*m. 1 corr.* africanarum) *BVS* (*m. 2* africanarum) arcarum, *m. 2* africanarum $P^3$ 8 ut *om., m. 2 add. M* et *P* ut in *R* interpretantis $P^1M$ (*m. 2* interpretandis) *A* qui] *ultima littera dubia K* quę *B* 9 optime] obtinet $P^2$ caram, *m. 2* curam *O* 10 operam in . . . . . . . *om. in fine u.* $P^1$ inpedere $P^2$ potest $P^2P^3$ (*m. 2* potes) *BVSC* sufficere *BS* 11 quoque] quoque illos $P^3$ habeamus *om.* $P^1$ talis, *m. 2* tales $P^3$ illos tales $P^2KK^1BOVSRC$ niros *O* potissimum—in *laeso folio perditum* $P^1$ 12 tu *om.* $PP^3MAP^4$ sonas (o *in ras. m. 1*) $P^1$ personas *QE* de uertendis] diuertendis *E* deuertens *C* 13 in lingua latinam $P^2$ in latinam linguam *edd.* ligam, *corr. m. 1* lingam, *m. 2* linguam *O* sanctis—labor . . . *laeso folio perditum* $P^1$ sanctis] sis (*del. m. 2*) *P* canocis *B* labore *A* te *om.* $P^1M$ (*m. 2 add.*) 14 nisi praedicatio nostra inanis est eo modo *KBO* quod *B* quo* *O* interpre-

Digitized by Google

quid inter hanc tuam et LXX, quorum est grauissima auctoritas, interpretationem distet, appareat. satis autem nequeo mirari, si aliquid adhuc in hebraeis exemplaribus inuenitur, quod tot interpretes illius linguae peritissimos fugerit. omitto enim LXX, de quorum uel consilii uel spiritus maiore concordia, quam si unus homo esset, non audeo in aliquam partem certam ferre sententiam, nisi quod eis praeeminentem auctoritatem in hoc munere sine controuersia tribuendam existimo. illi me plus mouent, qui, cum posteriores interpretarentur et uerborum locutionumque hebraearum uiam atque regulas mordacius, ut fertur, tenerent, non solum inter se non consen-

tatus] interpretatur, *m. 2* interpretaturus *P* est $P^2A$ ut] et *KBO* (*m. 2* ut) signa, *m. 2* signis $P^3$ .... bitis—hanc *laeso folio perditum* $P^1$ 1 qui *B* inter hanc//// (inter *s. u. m. 1*) $K^1$ septuaginta $P^1QMAP^4$ quorum *bis, alterum exp. m. 1* $P^3$ grauissima, *corr. m. ut uid. 1* gratissima *E* 2 inpretati(onem distet app *laeso folio perditum*) areat $P^1$ distat *Q* appareret *R* apparet *A* neque omirari *QC* (*m. 2* neque amirari) 3 miraris $P^1M$ (s *eras.*) aliquid (d *in ras. m. 1*) $P^1$ hebreicis *Ḱ* hebraicis $P^2K^1BOVSQRCE$ litteris exemplaribus *KBR* (*m. 2?* litteris et exemplaribus) litteris et exemplaribus $P^2K^1OVSQCE$ .........bus inuenitur *laeso folio perditum* $P^1$ 4 quod (d *exp.*) $K^1$ quot $P^2$ quo, *corr. m. 1* quod *M* tot inter interpretes $P^2$ tot interpreter *Q* peritissimis (*ultimum* i *ex ras.*) *K* peritissimus *B* effugerit *R* 5 septuaginta $SQMAP^4$ *laeso folio perditum* $P^1$ quadraginta $P^2$ decorum $P^2B$ (*m. 2* de quorum) uel *om.* $P^3$ consiliis $P^1KK^1BOVSQRCE$ maiori spiritus $KK^1BVSRC$ maioris spiritus $P^2$ maior (*m. 2* maiore) spiritus *O* 6 quasi *PO* (*m. 2 in marg.* ł quā si) unius $P^1M$ esset homo *M* non au... *laeso folio perditum* $P^1$ audio *P* 7 certe $PP^2R$ quos $P^1$ praeeminentem $K^1$ *l r m* auctoritate, *m. 2* auctoritatē *B* 8 munire *P* contreuersiam $P^2$ conuersia, *m. 2* controuersia *B* controuersia//// (*ras. 4—5 l.*) *Q* existio (*corr. m. 1* existimo) illi *M* existimo ille $P^2A$ exaestimo (*m. 2* existimo) illi $P^3$ existi molli *P* 9 mouet, *m. 2* mouent *B* nouent *Q* quecum $P^2$ posteriora, *m. 2* posteriores $P^3$ potentiores $P^2KK^1$ (*m. 2* posteriores) *BOVSRC* interpretantur, *corr. m. 1* interpretarentur *O* 10 hebreorum *P* habere harum *Q* uiam, *in marg.* fortasse 'uim' *r* adque *P post* atque *in marg. m. 1 add.* ir $P^3$ mordatius $PK^1OSMP^4$ mordacios, *m. 2* mordacius $P^3$ mordatias *A* mordicus *edd. praeter a* 11 ut fertur (ut *in ras. m. 1*) *K* infertur *B* teneret, *m. 2* tenerent *O* solum] solum autem $P^2KK^1$ *BOVSRC* *post* consenserunt *spatium relictum est amplius 5 u.* $P^3$

Digitized by Google

serunt, sed etiam reliquerunt multa, quae tanto post eruenda et prodenda remanerent. si enim obscura sunt, te quoque in eis falli posse creditur; si manifesta, illos in eis falli potuisse non creditur. huius igitur rei pro tua caritate expositis causis certum me facias obsecrauerim.

III 3 Legi etiam quaedam scripta, quae tua dicerentur, in epistulas apostoli Pauli, quarum ad Galatas cum enodare uelles, uenit in manus locus ille, quo apostolus Petrus a perniciosa simulatione reuocatur. ibi patrocinium mendacii susceptum esse uel abs te tali uiro uel a quopiam, si alius illa scripsit, fateor, non mediocriter doleo, donec refellantur, si forte refelli possunt, ea quae me mouent. mihi enim uidetur exitiosissime credi aliquod in libris sanctis esse mendacium, id est eos

2—4 = ep. LXXV, 20 6 Hieron. in Pauli ep. ad Gal. 2, 11 sqq. (Migne patrol. lat. XXVI p. 338, 31—342, 16)

1 relinquerunt $P^2B$ tanto *om.* $Q$ (*in marg. m. 1 add.*) $E$ 2 pro**denda (ui *eras. ?*) $P^4$ amputanda $C$ remaneret, *m. 2* remanerent $B$ *post* remanerent *edd. habent* et aut obscura sunt aut manifesta; *cf. ep. LXXV, 20* 3 illis $P^2KK^1BOVSRAC$ posse—falli *om.* $PP^1MP^4$ (*add. m. 2*) potuisse *edd.; cf. ep. LXXV, 20* 4 rei] ei $B$ 5 obsecreuerim $P^2$ 6 quaedam *bis, alterum m. 2 del.* $S$ scriptam $P^1$ scripta (a *ex* u *et supra ras. 1—2 l.*) $M$ tuae dicerentur $P^1$ tu (*m. 2* cum) adicerentur $C$ 7 apostoli *om.* $C$ quarum] q̄ dū earū (*del. et in marg. m. 1 add.* quarum) $E$ ad] dicta ad $E$ cum enodare (re *s. u. m. 1*) $P^1$ comeno dare $P^2$ cum enotare (*m. 2* enodare) $P^3$ cum e me nodare (me *del. m. 1*) $B$ cum enodari (cum *s. u. m. 1*) $Q$ uelles] scripto// (*parua ras.*) uelles $B$ scripta uelles $S$ 8 in manus] immanis $E$ a *om.* $B$ 9 reuocaretur $P^2K^1$ (*ras.* reuocatur) $BVRAC$ ibi] dictumque ibi $P^2KK^1BOVSQRACE$ suspectum $B$ 10 uel a $KK^1OVSRC$ uel ab $B$ uale, *corr. m. 1* uala *(sic!)* $P^2$ uel *om.* $P^2$ a copiā $P^2KB$ (∼ *eras.*) alius, *in marg. m. 2* ł alia $O$ ille $KB$ illam $VC$ 11 done $P$ repellantur $KBS$ refallantur, *m. 2* refellantur $M$ refellit (t *del.*) $B$ 12 quae mouent, *m. 2* quae me mouent $OQ$ quem emouent $V$ uidetur exi.......... *in ras.* (*m. 1?*) $S$ 13 aliquid $P^2$ (*corr. m 1* aliquod) $KBOS$ aliquo, *m. 2* aliquod $P^3$ libros sanctos $P$ sanctis libris $P^2KK^1BOVSRC$ esse] habere $P^2KK^1$ (*corr.* haberi) $BVS$ (*m. 2* haberi) $R$ haberi $OCEm$ haberi esse (esse *exp.*) $Q$ id est] id̄ $R$ ad $KBS$ (*m. 2* aut) et $O$

Digitized by Google

homines, per quos nobis illa scriptura ministrata est atque conscripta, aliquid in libris suis fuisse mentitos. alia quippe quaestio est, sitne aliquando mentiri uiri boni, et alia quaestio est, utrum scriptorem sanctarum scripturarum mentiri oportuerit, immo uero non alia, sed nulla quaestio est. admisso enim semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quae non, ut cuique uidebitur uel ad mores difficilis uel ad fidem incredibilis, eadem perniciosissima regula ad mentientis auctoris consilium officiumque referatur.

4 Si enim mentiebatur apostolus Paulus, cum apostolum Petrum obiurgans diceret: Si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter et non iudaice uiuis, quem ad modum gentes cogis iudaizare? et recte illi uidebatur Petrus fecisse, quem non recte fecisse et dixit et scripsit, ut quasi animos

11 Gal. 2, 11—14

1 quos] quos homines *KBS* adque *PB* (*m. 2* atque) 2 aliquod *P* tuis *P* mentitus *PK* (o *supra* u) *B* mentiens, *m. 2* mentitos $P^3$ 3 sitne *ex* sicne *m. 2* $P^3$ sitne *ras.* sicne *B* sit ne (*m. 2 del.* t ne) *C* sine *P* mentiri] sit mentiri $P^2$ uoni, *m. 2* boni $P^3$ alio *P* 3 *et* 5 questi, *m. 1 add.* o *Q* 4 sacrarum *S* oportuerat *P* 5 admisso (d *in ras.*) *M* amisso $P^1BA$ 6 semel in] simili *KO* tantum auctoritatis fastigium, *m. 2 in marg.* ł tantae auctoritatis fastigio *O* tanto auctoritas fastidium $P^1$ tanto auctoritatis fastigio $P^3M$ (*sed* fastigio *ex ras. et corr.*; *fuisse uid.* fastigiū) 7 nulla illorum] in nullorum $P^3$ nulla eorum *BC* 8 *pro* non *ras. 1 l. E* ut cuique] utcumque $P^1MAP^4$ utique *B* uidebit *P* uidebatur $P^2$ uidetur *E* difficiles *KOR* 9 incredibiles *K* (*m. 2* incredibilis) *OR* ad] uel ad $P^2KK^1$ (uel *eras.*) *BOVSQRCE* mentientes auctores, *m. 2* mentientis auctoris $P^3$ mentientes (*corr. m. 1* mentientis) auctoris *O* 10 refratur $P^2$ referetur *B* 11 apostulo petro. *corr.* apostulū petrū *B* 12 obiurgasse, *m. 2* obiurgasse se $P^3$ * obiurgans *Q* si (s *in ras. m. 2*) *M* sis *om.*, *m. 1 post* iudeus *add. M* iudaeos, *m. 2* iudaeus $P^3$ 13 uiues *K* (*m. 2* uiuis) *BQE* (*m. 1 supra* uiuis) uiuis, *sed* s *m. 2 M* quem—iudaizare *om.*, *m. 2 in marg. add. Q* cogis gentes $P^2KK^1BOVSRC$ 14 fecisse] recipisse, *m. 2* recepisse *et supra* fecisse $P^3$ 15 quem—fecisse *om. A* que $P^2$ et dixit] dixit *P* dixit *laeso folio perditum* $P^1$ ut] et $P^2P^3$ (*m. 2* ut) $K^1VSRC$ animus $P^2KK^1$ (*m. 2* animos) *BOVSQRC* animum *E*

Digitized by Google

tumultuantium deleniret, quid respondebimus, cum exsurrexerint peruersi homines prohibentes nuptias, quos futuros ipse praenuntiauit, et dixerint totum illud, quod idem apostolus de matrimoniorum iure firmando locutus est, propter homines, qui dilectione coniugum tumultuari poterant, fuisse mentitum, scilicet non quod hoc senserit, sed ut illorum placaretur aduersitas? non opus est multa commemorare. possunt enim uideri etiam de laudibus dei esse officiosa mendacia, ut apud homines pigriores dilectio eius ardescat. atque ita nusquam certa erit in sanctis libris castae ueritatis auctoritas. nonne adtendimus eundem apostolum cum ingenti cura commendandae ueritatis dicere: Si autem Christus non resurrexit, inanis est praedicatio nostra, inanis est et fides

1 I Tim. 4, 1—3   3 I Cor. 7, 10—16   12 I Cor. 15, 14—15

1 deliniretur *P²KK¹* (ur *eras.*) *OVSQRC* delenire, *m. 2* deleniret *B* exsurrexerent, *m. 2* exsurrexerint *P³* exsurrexerit, *m. 2* exsurrexerint *B* 2 quod *B* futuros esse (esse *del. m. 2*) *S* pronuntiauit *PP³* (*m. 2* prenuntiauit) *BO* pernuntiabat, *m. 2* praenuntiabat *K* praenuntiabat *S* 3 dixerin *(sic!)* *P¹* dixerint *ras. ex* dixerunt *K* illed, *corr. m. ut uid. 1* illud *B* 4 firmanda *P²KBO* (*m. 2* firmando) *VC* 5 delectatione *P¹* lectione *P²* delectione, *corr.* dilectione *K¹* tumultuanti poterat (*corr.* poterant) *B* mentum *A* 7 non] non enim *P²KK¹BOVSQRCE* commerare *P¹* commemorari *QE* 8 uideri* *R* .....i etiam *laeso folio perditum P¹* de *om. B* officia *P* 9 ariscat, *m. 2* crescat *P³* ... escat a.... *laeso folio perditum P¹* adque, *m. 2* atque *P³* nūquam *R* 10 certauerit *P¹B* in sanctis litteris *P²KK¹OVSRC* in sanctis in (in *del.*) libris *B* in libris sanctis *edd.* castae] certe *B* ueritatis] ueritatis dicere (dicere *del.*) *Q* non *B* 11 eundem].un... *laeso folio perditum P¹* cum *om. P* genti, *m. 2* ingenti *B* cura ueritatis commendandae *VC* cura ueritatis commendandae gratia *R* cura ueritatis commeodande (*m. 2* commendande) *B* cura commendenda ueritatis *P* cura ueritatis comitantem (*m. 2 in marg.* ł conmentantem) *O* cura ueritatis conmendante *P²* cura ueritatis commetante *K* caritatis (*corr. m. 1* ueritatis) cura commendae (*m. 2* commendandae) *K¹* cura ueritatis commentantem *S* 12 resurrexerit *A* ......exi. *laeso folio perditum P¹* 13 est *om. P* praedicatio—est *om. KO* (*m. 2 add.*) fesdes *P²*

uestra. inuenimur autem et falsi testes dei, quia testimonium diximus aduersus deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit? si quis huic diceret: ‘Quid in hoc mendacio perhorrescis, cum id dixeris, quod etiam si falsum sit, ad laudem dei maxime pertinet’, nonne huius detestatus insaniam quibus posset uerbis et significationibus in lucem penetralia sui cordis aperiret clamans non minore aut fortasse etiam maiore scelere in deo laudari falsitatem quam ueritatem uituperari? agendum est igitur, ut ad cognitionem diuinarum scripturarum talis homo accedat, qui de sanctis libris tam sancte et ueraciter existimet, ut nolit aliqua eorum parte delectari per officiosa mendacia, potiusque id, quod non intellegit, transeat, quam cor suum praeferat illi ueritati. profecto enim cum hoc dicit, credi sibi expetit et id agit, ut diuinarum scripturarum auctoritatibus non credamus.

1 uestra *ex corr. m. 2 O* nostra *KB* (*m. 2* uestra) autem *om.* $P^2$ aut, *m. 2* aūt *B* quia]..i. *laeso folio perditum* $P^1$ qui *R* qūo *QE sec. Vulg.* 2 aduersū* (s *eras. ?*) *R* suscitauit *codd. praeter P edd.* 3 quem] que $P^2$ non *om. B* hunc *V* 4 quod $P^1$ isto $P^1QMAP^4E$ perhorrescit $P^1A$ id *om.* $P^2KK^1$ (*m. 2 add.*) *BOVS* (*m. 1 add.*) *RC* 5 quod *om. R* 6 detestetur (*super* tur *add.* tus) insaniam $K^1$ detestaretur insaniam *R* detestaretur insania $P^2KBOVS$ *QCE* possit $P^2KK^1$ (*corr.* posset) *BOVSQCE* 7 luce *B* aperiret *K* (t *exp.*) $K^1$ (*m. 2* aperire) aperire $P^2VSC$ aperiri *QE* 8 etiam *om. PR* (*m. 2 add.*) maiores *K* maiorem (*ultima l. del.*) *B* maiori $P^2K^1VRC$ laudare $P^2K^1S$ (*m. 2 ?* laudari) *R* 9 falsitatem (m *exp.*) *B* falsitate *K* uituperari ueritatem *edd.* ui|perari $P^2$ uituperare $K^1$ 11 sancti *V* exestimet *P* existinet $P^2$ estimet *BO* aestimet *KS* ut* *Q* 12 nolet *BS* aliqua *ras. et corr.* (*ex* aliquid ?) $P^1$ alaqua $P^2$ aliqua, *m. 2* in aliqua $P^3$ parte//// (*ras. 1—2 l.*) *Q* mendacia (*postr. l. ex corr. m. 2*) *M* mendacii $P^1$ 13 potiusque] potius qui *V* potius *C* transicit, *m. 2* transeat $P^3$ sum, *m. 2* suum *O* 14 praeferat] p̄ fera $P^2$ p̄ferat (p̄ *ex corr. m. 2; fuisse uid.* p) *O* illi *om.* $P^2K^1VQRCE$ haec $P^3$ dicit] cidit $P^2$ crede, *m. 2* credi $K^1$ credit *B* ibi *C* 15 et petit, *m. 2* expetit $P^3$ expeti* (t *eras.*) *B* et ad id *P* et ad id *C* agit *om. C* ait $P^2K^1$ (*m. 2* agit) *V* ut] u $P^2$ ut *ex corr. m. 1 O* et *K* auctoribus, *corr. m. 1* auctoritatibus *M*

Digitized by Google

5 Et ego quidem qualibuscumque uiribus, quas dominus suggerit, omnia illa testimonia, quae adhibita sunt adstruendae utilitati mendacii, aliter oportere intellegi ostenderem, ut ubique eorum firma ueritas doceretur. quam enim testimonia mendacia esse non debent, tam non debent fauere mendacio. sed hoc intellegentiae relinquo tuae. admota enim lectioni diligentiore consideratione multo id fortasse facilius uidebis quam ego. ad hanc autem considerationem coget te pietas, qua cognoscis fluctuare auctoritatem diuinarum scripturarum, ut in eis, quod uult quisque credat, quod non uult non credat, si semel fuerit persuasum aliqua illos uiros, per quos nobis haec ministrata sunt, in scripturis suis officiose potuisse mentiri, nisi forte regulas quasdam daturus es, quibus nouerimus, ubi oporteat mentiri et ubi non oporteat. quod si fieri potest, nullo modo mendacibus dubiisque rationibus id

1 uiris, *corr. m. 1* uiribus $K^1$ 2 surgerit, *corr. m. 1* suggerit $P^1$ suggesserit $P^4$ adhita, *m. 2* adhibita $P^3$ athabita, *corr. m. 1* athibita, *m. 2* adhibita *B* 3 ut ul///i tati $P^1$ utilitatis $P^2KK^1BOVSQRCE$ mendaci $P^2$ mendaciis *KBO* oportet *B* ostenderam, *m. 2 in marg.* ł ostenderem *O* 4 ubicumque *BSR* eorū infirma *M* ueritatis *K* doceretur (o *m. 1 super ras.*) *K* quam (a *ex corr. m. 2*) *O* quae *CE* (*ras. et corr. ex* quam) quamquam quia *S* enim *om. C* 5 mendacii *QCE* iam $P^2KBOVSQCE$ debet $P^2KK^1$ (*m. 2* debent) *BVSC* fabere, *m. 2* fauere *K* fauere. *m. 2* faueri *S* mendatia *P* 6 tuae relinquo $P^2KK^1BOVSRC$ (tuae *bis, alterum del.*) lectione $P^2K^1$ (*corr.* lectioni) *VSQE* lectione et *R* 7 diligentiore, *m. 2* diligentiori $P^3$ diligentiori $P^2KK^1$ (*m. 2* diligentiore) $BOVSMRACP^4$ *edd.* fortas, *m. 2* fortasse *O* 8 coget, *corr. m. 1* cogit *K* cogit $P^3P^4$ coget//// (et *ex corr. m. 2; ras. 1—2 l.*) *O* coget, *m. 2* cogat *S* cogat *E* te] re, *m. 2* ire $P^3$ 9 quam *B* quia *R* diuinorum (*m. 2* diuinarum) scripturarum $P^3$ diuinorum scriptorum $PP^1MP^4$ scripturarum diuinarum *edd.* 10 ut *om. P* in *om., m. 1 add. M* quot $P^2$ quique, *corr. m. 1* quisque *M* quis $P^2KK^1BOVSRC$ unusquisque *QE* credant si *V* 11 aliqua, *m. 2* aliqñ $P^4$ aliquos $P^2KK^1$ (*corr.* aliqua) *BOVSRC* illorum, *m. 2* illos *O* 12 officioso *K* officiose//// $K^1$ potuisse] et potuisse $P^2KVS$ (*m. 2* et uelle et potuisse) *C* 13 mentiri] n mentiri (*sic!*) *P* quandam *V* noueris $KK^1$ (*m. 2* nouerimus) *BOVSRC* moueris $P^2$ 14 et *om.* $P^1MAP^4$ *edd.* 15 nullo] quod nullo *S* non credo ullo *R* mendaciis $P^2KK^1$ (*ras. ex* mendacib;) *BOVSRC*

Digitized by Google

explices quaeso. nec me onerosum aut inpudentem iudices per humanitatem ueracissimam domini nostri. nam ut non dicam nulla, certe non magna culpa meus error ueritati fauet, si recte in te potest ueritas fauere mendacio.

IIII 6 Multa alia cum sincerissimo corde tuo loqui cuperem et de christiano studio conferre, sed huic desiderio meo nulla epistula sat est. uberius id possum per fratrem, quem miscendum et alendum dulcibus atque utilibus sermocinationibus tuis misisse me gaudeo. et tamen, quantum uellem, nec ipse, quod eius pace dixerim, forsitan capit. quamquam nihilo me illi praetulerim; ego enim me fateor tui capaciorem, sed ipsum uideo fieri pleniorem, quo me sine dubitatione antecellit. et posteaquam redierit, quod domino adiuuante prosperatum iri spero, cum eius pectoris abs te cumulati particeps fuero, non

2—4 = ep. XXXX, 8

1 nec] ne *SE* iudicis *P* 2 dñs ñr *K* diam, *m. 2* dicam *B* 3 magnā $PP^2$ culpa meus] culpam eus $P^2$ culpam eius $P^1$ culpa eius, *m. 2* culpa meus *M* eos *P* meus, *m. 2* culpa meus $P^3$ ueritatis *P* auet *P* faciet $P^2$ si recte] fiericte (*prius* e *exp. m. 1*), *m. 2* si $P^3$ 4 in te] inter $P^2$ ueritas potest $P^2KK^1BOVSRC$ fauere non mendacio *P* 5 cum *om. P* cordi *P* tuo corde $P^1QMAP^4E$ uo, *m. 2* tuo *B*

cu*perem (m *eras.*) *B* 6 huhic *P* sine (ne *del. m. 2*) $P^3$ desiderio (o *s. u. m. 1*) $P^1$ 7 sat *om. KO* (*m. 2 add.*) sata $P^1$ satis $P^2P^3$ (*m. 2 ex* sates) $K^1BVSQRCE$ *edd.* est] et $P^3$ id] id ipsum *edd.*

possunt *B* ut possim *O* quem *om. KO* mittendum *S* 8 et] seu $P^3$ dulcius *VC* utilius *KC* sermonicacionibus *P* 9 misissē *K*

me] ne $P^2$ quantum] quam tum $P^1$ quatum, *corr. m. 1* quantum $P^2$

uelle *O* 10 eius pace///// $K^1$ eius pacē *B* eius *K* ei *O* pace eius *edd.*

dixerimus $P^2$ praedixerim *KO* forsitat *P* carit *K* nihilum *KO* nihilo, *corr. m. fortasse 1* in nihilo $P^4$ in nihilo $P^2BVSQRACE$ me *om. KO* 11 pertulerim *P* me] ne *P* capacierem $P^2$ capiciorem, *m. 2* capaciorem *B* capiorem, *m. 2* capatiorem *O* cupiorem, *corr. m. 1* capiorem, *m. 2* capidiorem *K* ipsum* *Q* 12 uideor fateri *KO*

antecellet *R* antecedit $K^1$ 13 redi*erit (g *eras.*) *M* quo *KBO*

adiuuante domino *QE* prosperatū (⁓· *m. 2*) iri spero $P^3$ prosperatō (*m. 2* prosperatū) iri spero $K^1$ prosperat uiri spero $PP^1$ (*sed* ro *laeso folio perditum*) pro*perat fieri spero *M* prosperatu (u *in ras. m. 1*) aspero *K* prosperatu spero *O* prosperatum (m *exp.*) fiat cursu *B* prosperato fiet cursu *S* prosperato fiat cursu $P^2VQRCE$ 14 pectori *KBO*

cumulatii $P^2$ cumulato *O* cumulatu *Q* cumulatione *C*

Digitized by Google

est impleturus, quod in me adhuc uacuum erit atque auidum sensorum tuorum. ita fiet, ut ego etiam tunc egentior sim, ille copiosior. sane idem frater aliqua scripta nostra fert secum. quibus legendis si dignationem adhibueris, etiam sinceram fraternamque seueritatem adhibeas quaeso. non enim aliter intellego, quod scriptum est: Emendabit me iustus in misericordia et arguet me; oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum, nisi quia magis amat obiurgator sanans quam adulator unguens caput. ego autem difficillime bonus iudex lego, quod scripserim, sed aut timidior recto aut cupidior. uideo etiam interdum uitia mea, sed haec malo audire a melioribus, ne, cum me recte fortasse reprehendero, rursus mihi blandiar et meticulosam potius mihi uidear in me quam iustam tulisse sententiam.

6 Ps. 140, 5.

1 est] erit $P^2KK^1BOVSRC$ erit atque auidum] atque auidum est *QE* adque, *m. 2* atque $P^3$ 2 sensorum, *m. 2* sensuum *M* sensum $KP^4$ (*m. 2* sensuum) sensuum $P^2K^1BOVSQRACE$ *lrm* ego] et ego $P^1QMAP^4E$ *edd.* sim ille copiosim (*m. 2* copiosior) *K* simili copia sim *O* et similem copiosior *C* 3 sane—legendis *om.* $P^1$ idem] id est *P* scriptura *BQ* (*corr. m. ut uid. 1* scripta) *C* secum cum quibus *P* 4 sic (c *exp.*) *B* adhibuerit $P^2$ sinceram* (q; *eras.*) *K* sincera $P^2$ 5 frater namque $P^2$ atque fraternam *edd.* ueritatem *KOS* adhibeat *P* ut adhibeas *S* abhibeas *M* 6 emendauit $PP^1BVQM$ (*m. 2* emendabit) *AE* 7 oleo *B* peccatores, *m. 2* peccatoris *B* 8 non] ne $P^1M$ inpinget $P^2B$ (*m. 2* inpinguet) quia magis amat] qui a mat $P^2$ quia amat $KK^1$ (*m. 2* quia magis amat) *OVS* (*m. 2* quia magis amat) *RC* (*m. 2* quia amatur) 9 obiurgatur $P^1K$ obiurgatus *B* sana, *corr. m. 1* sanans *K* sana**s, *m. 2 add.* n *super ras.* $P^4$ 10 difficile me *PR* difficili me *B* bonus *bis VC* sed] seu *K* 11 recto] reticeo $P^2KK^1OVSQRCE$ reticeor (r *exp.*) *B* aut] aut si *B* 12 haec] ea $P^2KK^1BOVSRC$ mala $P^2$ mallo (*alterum* l *exp.*) $P^3$ malo (o *ex corr. m. 2*) *O* audiri *O* audere, *m. 2* audire *M* senioribus $P^2K^1BVRC$ ne cum] nec ū *K* nec cum $PP^2BA$ nunc $P^1$ me recte] erecte $P^2$ 13 rursum $P^3$ russus $K^1$ mihi] nihil *VC* blandiar et meticulosam *om. P* banldiar $P^2$ blandior, *corr. m. 1* blandiar *K* potius et (et *exp.*) uidear in me $P^3$ potius uidear prime *P* mihi uidear in me potius $P^2KK^1BOVSRC$ 14 iusta *B* istam *A*



Digitized by Google

## XXVIIII.

1 De negotio interim, quod non curare non possum, nihil certum scribere potui absente fratre Machario, qui cito dicitur rediturus, et quod deo adiuuante peragi potuerit, peragetur. de nostra autem pro eis sollicitudine quamquam fratres nostri ciues, qui aderant, securos uos facere possent, tamen digna res epistulari conloquio, quo nos inuicem consolamur, a domino praestita est, in quo promerendo multum nos adiutos esse credimus ipsa uestra sollicitudine, quae profecto sine deprecatione pro nobis esse non potuit.

2 Itaque non praetermittamus uestrae caritati narrare, quid gestum sit, ut nobiscum deo gratias agatis de accepto beneficio, qui nobiscum preces de accipiendo fudistis. cum post profectionem tuam nobis nuntiatum esset tumultuari homines et dicere se ferre non posse, ut illa sollemnitas prohiberetur, quam laetitiam nominantes uinulentiae nomen frustra conantur abscondere, sicut etiam te praesente iam iam nuntiabatur, opportune nobis accidit occulta ordinatione omnipotentis dei, ut quarta feria illud in euangelio capitulum consequenter tractaretur: Nolite dare sanctum canibus neque proieceritis margaritas uestras ante porcos. tractatum est ergo de canibus et de porcis ita, ut et peruicaci latratu

20 Matth. 7, 6

*X = cod. Cheltenhamensis 12261 s. VIII.*

*Haec epistula a Maurinis 'primum edita et post editionem recognita est ad antiquissimum exemplar bibliothecae P. P. Cisterciensium S. Crucis in Ierusalem in Urbe', quem codicem frustra a me quaesitum esse doleo.*

EPISTlA P̄R̄S̄ IPPONENSIUM R̄ĒḠ AD ALIPIŪ EP̄M TACHASTENSIŪ DE DIE NATALIS LEONTI QUODDAM ĒP̄Ī IPPONENSIŪ *X* epistola Presbyteri Hipponensium regiorum ad Alypium episcopum Thagastensium de die Natalis Leontii quondam episcopi Hipponensis *inscriptionis loco positum m.* 2 non possum] possum *X* 5 de nostra] dexeste *X* pro eis] peries *X* 6 uos *scripsi e coniectura Maurinorum;* suos *X m* 7 consolatur *X* 11 n̄ *X* ne *m* quis *X* 12 nobis, *m. 1 s. u. add.* cum *X* 15 prohibere*tur (n *eras.*) *X* 16 nominatas *X* 17 etiam represente *X*

Digitized by Google

aduersus dei praecepta rixantes et uoluptatum carnalium sordibus dediti erubescere cogerentur, conclusumque ita, ut uiderent, quam esset nefarium intra ecclesiae parietes id agere nomine religionis, quod in suis domibus si agere perseuerarent, sancto et margaritis ecclesiasticis eos arceri oporteret.

3 Sed haec quamuis grate accepta fuerint, tamen quia pauci conuenerant, non erat satisfactum tanto negotio. iste autem sermo cum ab eis, qui aderant, pro cuiusque facultate ac studio foris uentilaretur, multos habuit contradictores. postea uero quam dies quadragesimae inluxisset et frequens multitudo ad horam tractationis occurrit, lectum est illud in euangelio, ubi dominus de templo expulsis uenditoribus animalium et euersis mensis nummulariorum dixit domum patris sui pro domo orationum speluncam latronum esse factam. quod capitulum, cum eos intentos proposita uinulentiae quaestione feci, et ipse quoque recitaui adiunxique disputationem, qua ostenderem, quanto commotius et uehementius dominus noster ebriosa conuiuia, quae ubique sunt turpia, de templo expelleret, unde sic expulit concessa commercia, cum ea uenderentur, quae sacrificiis illo tempore licitis essent necessaria, quaerens ab eis, quibus similiorem putarent speluncam latronum necessaria uendentibus an inmoderate bibentibus.

4 Et quoniam mihi praeparatae lectiones suggerendae tenebantur, adiunxi deinde ipsum adhuc carnalem populum Iudaeorum in illo templo, ubi nondum corpus et sanguis domini offerebatur, non solum uinulenta sed nec sobria quidem umquam celebrasse conuiuia nec eos publice religionis nomine inebriatos inueniri in historia, nisi cum festa fabricato idolo exoluerent. quae cum dicerem, codicem etiam accepi et recitaui totum illum locum. addidi etiam cum dolore, quo potui, quoniam apostolus ait ad discernendum populum christianum

11 Matth. 21, 12—13 28 Ex. 32, 6 31 II Cor. 3, 3

4 perseueraret *X* 5 a sancto *m* 7 tantum *X* 11 istud *m* 13 d·omum *X* 15 cum] in *X* 22 uiuentibus *X* 25 tempore *X* 28 dolo *X et cod. Maurinorum;* idolo *m* 30 addit *X*



Digitized by Google

a duritia Iudaeorum epistulam suam non in tabulis lapideis scriptam sed in tabulis cordis carnalibus, cum Moyses famulus dei propter illos principes binas lapideas tabulas confregisset, quo modo non possemus istorum corda confringere, qui homines noui testamenti sanctorum diebus celebrandis ea uellent sollemniter exhibere, quae populus ueteris testamenti et semel et idolo celebrauit.

5 Tunc reddito exodi codice crimen ebrietatis, quantum tempus sinebat, exaggerans sumpsi apostolum Paulum et, inter quae peccata posita esset, ostendi legens illum locum: Si quis frater nominetur aut fornicator aut idolis seruiens aut auarus aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eius modi nec cibum sumere, ingemescendo admonens, cum quanto periculo conuiuaremur cum eis, qui uel in domibus inebriarentur. legi etiam illud, quod non longo interuallo sequitur: Nolite errare; neque fornicatores neque idolis seruientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque auari neque ebriosi neque maledici neque raptores regnum dei possidebunt. et haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed iustificati estis in nomine domini Iesu Christi et spiritu dei nostri. quibus lectis dixi, ut considerarent, quo modo possent fideles audire: sed abluti estis, qui adhuc talis concupiscentiae sordes, contra quas clauditur regnum caelorum, in corde suo, id est in interiore dei templo esse patiuntur. inde uentum est ad illud capitulum: Conuenientibus ergo uobis in unum non est dominicam cenam celebrare, unusquisque enim propriam cenam praesumit in manducando et alius quidem esurit, alius ebrius est.

3 Ex. 32, 19   10 I Cor. 5, 11   16 I Cor. 6, 9—11   27 I Cor. 11, 20—22

1 duritie *m*   3 bini *X*   8 •eddito *X*   15 lege *X*   23 considerarent (ra *s. u. m. 1*) *X*   26 in *om. X*   30 est numquid domos non habetis ad *om. et* est *m. 1 s. u. add. X*

numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? an ecclesiam dei contemnitis? quo recitato diligentius commendaui, ne honesta quidem et sobria conuiuia debere in ecclesia celebrari, quando quidem apostolus non dixerit: 'numquid domos non habetis ad inebriandos uos', ut quasi tantum modo inebriari in ecclesia non liceret, sed 'ad manducandum et bibendum', quod potest honeste fieri sed praeter ecclesiam ab eis, qui domos habent, ubi alimentis necessariis refici possint. et tamen nos ad has angustias corruptorum temporum et diffluentium morum esse perductos, uti nondum modesta conuiuia sed saltem domesticum regnum ebrietatis optemus.

6 Commemoraui etiam euangelii capitulum, quod pridie tractaueram, ubi de pseudoprophetis dictum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. deinde in memoriam reuocaui fructus eo loco non appellatos nisi opera. tum quaesiui, inter quos fructus nominata esset ebrietas, et recitaui illud ad Galatas: Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, inmunditiae, luxuriae, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comissationes et his similia; quae praedico uobis, sicut praedixi, quoniam, qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. post quae uerba interrogaui, quo modo de fructu ebrietatis agnosceremur christiani, quos de fructibus agnosci dominus iussit. adiunxi etiam legendum, quod sequitur: Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, egique, ut considerarent, quam esset pudendum atque plangendum, quod de illis fructibus carnis non solum

14 Matth. 7, 16 17 Gal. 5, 19—21 27 Gal. 5, 22—23.

2 recita*to (to *in ras.*, *fuit* do) *X* 9 ad as, *m. 2* ad has *X* 11 ut iis nondum *m* 15 cognoscitis *X* 16 appellatos *ex* appellatus *X* quaesiui] quae sibi *X* 17 essent *X* 26 fluctibus *X* 27 legendum] legem de *X*

Digitized by Google

priuatim uiuere, sed etiam honorem ecclesiae deferre cuperent et, si potestas daretur, totum tam magnae basilicae spatium turbis epulantium ebriorumque complerent; de spiritalibus autem fructibus, ad quos et diuinarum scripturarum auctoritate et nostris gemitibus inuitarentur, nolunt adferre deo munera et his potissimum celebrare festa sanctorum.

7 Quibus peractis codicem reddidi et imperata oratione, quantum ualui et quantum me ipsum periculum urguebat et uires subministrare dominus dignabatur, constitui eis ante oculos commune periculum et ipsorum, qui nobis commissi essent, et nostrum, qui de illis rationem reddituri essemus pastorum principi, per cuius humilitatem, insignes contumelias, alapas et sputus in faciem et palmas et spineam coronam et crucem ac sanguinem obsecraui, ut, si se ipsi aliquid offendissent, uel nostri misererentur et cogitarent uenerabilis senis Valerii circa me ineffabilem caritatem, qui mihi tractandi uerba ueritatis tam periculosum onus non dubitarit propter eos inponere eisque saepe dixerit, quod orationes eius exauditae essent de nostro aduentu, quos non utique ad communem mortem uel spectaculum mortis illorum sed ad communem conatum in aeternam uitam ad se uenisse laetatus est. postremo etiam dixi certum esse me et fidere in eum, qui mentiri nescit, qui per os prophetae sui pollicitus est de domino nostro Iesu Christo dicens: Si reliquerint filii eius legem meam et in praeceptis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint, uisitabo in uirga facinora eorum et in flagellis delicta eorum; misericordiam autem meam non auferam, in eum ergo me fidere, quod, si haec tanta, quae sibi essent lecta et dicta, contemnerent, uisitaturus esset in uirga et in flagello nec eos permissurus cum hoc mundo damnari. in qua conquestione sic actum, ut pro negotii atque

23 Ps. 88, 31—34

4 auctoritate *om.* *X* 8 administrare *m* 12 alapas *om.* *X* 13 et] ē *X* putus, *m. 2* sputus *X* sputa *m* 17 onus *om.* *X* dubitaris *X* 23 suae *X* 27 facinore *X* 28 auferum *X*

Digitized by Google

periculi magnitudine tutor et gubernator noster animos facultatemque praebebat. non ego illorum lacrimas meis lacrimis moui, sed cum talia dicerentur, fateor, eorum fletu praeuentus meum abstinere non potui. et cum iam pariter fleuissemus, plenissima spe correctionis illorum finis sermonis mei factus est.

8 Postridie uero cum inluxisset dies, cui solebant fauces uentresque se parare, nuntiatur mihi nonnullos eorum etiam, qui sermoni aderant, nondum a murmuratione cessasse tantumque in eis ualere uim pessimae consuetudinis, ut eius tantum uoce uterentur et dicerent: 'Quare modo? non enim antea, qui haec non prohibuerunt, christiani non erant'. quo audito quas sicut maiores commouendi eos machinas praepararem, omnino nesciebam; disponebam tamen, si perseuerandum putarent, lecto illo loco de propheta Ezechiele: 'Explorator absoluitur, si periculum denuntiauerit, etiam si illi, quibus denuntiatur, cauere noluerint' uestimenta mea excutere atque discedere. tum uero dominus ostendit, quod nos non deserat et quibus modis, in se ut praesumamus, hortetur; namque ante horam, qua exhedram ascenderemus, ingressi sunt ad me idem ipsi, quos audieram de oppugnatione uetustae consuetudinis fuisse conquestos. quos blande acceptos paucis uerbis in sententiam sanam transtuli. atque ubi uentum est ad tempus disputationis, omissa lectione, quam praeparaueram, quia necessaria iam non uidebatur, de hac ipsa quaestione pauca disserui, nihil nos nec breuius nec uerius posse adferre aduersus eos, qui dicunt: 'Quare modo?' nisi et nos dicamus: 'Vel modo'.

9 Verum tamen ne illi, qui ante nos tam manifesta inperitae multitudinis crimina uel permiserunt uel prohibere non ausi

14 cf. Ezech. 33, 9

3 moui*** praeuentus meum abstinere non potui | fateor eorum fletu praeuentus meum abstinere non potui et cum iam (*in ras. fuisse uidetur* sed; *m. 2 in margine add.* sed cum talia dicerentur fateor eorum fletu) *X* 7 separare *X* 10 modum *X* 11 auditu *X* 12 quasič maiores *X* quas maiores *m* 13 putaren..... illo loco, *m. 2 in lacuna* t lecto *X* 14 ezechiae loco *X* 15 illis *X* 17 quod] quae *X* 18 qua (a *in ras. m. 2*) *X* 20 audierim, *m. 2* audieram *X*

Digitized by Google

sunt, aliqua a nobis affici contumelia uiderentur, exposui eis, qua necessitate ista in ecclesia uiderentur exorta. scilicet post persecutiones tam multas tamque uehementes cum facta pace turbae gentilium in christianum nomen uenire cupientes hoc impedirentur, quod dies festos cum idolis suis solerent in abundantia epularum et ebrietate consumere nec facile ab his perniciosissimis sed tamen uetustissimis uoluptatibus se possent abstinere, uisum fuisse maioribus nostris, ut huic infirmitatis parti interim parceretur diesque festos post eos, quos relinquebant, alios in honorem sanctorum martyrum uel non simili sacrilegio quamuis simili luxu celebrarent; iam Christi nomine conligatis et tantae auctoritatis iugo subditis salutaria sobrietatis praecepta traderentur, quibus iam propter praecipientis honorem ac timorem resistere non ualerent. quocirca iam tempus esse, ut, qui non se audent negare christianos, secundum Christi uoluntatem uiuere incipiant, ut ea, quae, ut essent christiani, concessa sunt, cum christiani sunt, respuantur.

10 Deinde hortatus sum, ut transmarinarum ecclesiarum, in quibus partim ista recepta numquam sunt, partim iam per bonos rectores populo obtemperante correcta, imitatores esse uellemus. et quoniam de basilica beati apostoli Petri cotidianae uinulentiae proferebantur exempla, dixi primo audisse nos saepe esse prohibitum, sed quod remotus sit locus ab episcopi conuersatione et in tanta ciuitate magna sit carnalium multitudo peregrinis praesertim, qui noui subinde ueniunt, tanto uiolentius quanto inscitius illam consuetudinem retinentibus, tam immanem pestem nondum compesci sedarique potuisse. uerum tamen nos si Petrum apostolum honoraremus, debere praecepta eius audire et multo deuotius epistulam, in

1 a *om.* *X* 6 habuntia *X* 7 sedi tamen *X* et tam *m* 9 post eos quos] pos tuis quod *X* 10 martyrum] interim *X* 11 celebrarent *emendaui;* celebrarentur *X m* 13 salutari *X* 17 cum] qui *Maurinorum codex* 20 istā nec cepta** sunt *X* 28 compescis edarique *X*

Digitized by Google

qua uoluntas eius apparet, quam basilicam, in qua non apparet, intueri; statimque accepto codice recitaui, ubi ait: Christo enim passo pro nobis per carnem et uos eadem cogitatione armamini, quia, qui passus est carne, desiit a carne, ut iam non hominum desideriis sed uoluntate dei reliquum tempus in carne uiuat. sufficit enim uobis praeteritum tempus uoluntate hominum perfecisse ambulantes in libidinibus, desideriis, ebrietate, comissationibus et nefandis idolorum seruitutibus. quibus gestis cum omnes uno animo in bonam uoluntatem ire contempta mala consuetudine cernerem, hortatus sum, ut meridiano tempore diuinis lectionibus et psalmis interessent; ita illum diem multo mundius atque sincerius placere celebrandum et certe de multitudine conuenientium facile posse apparere, qui mentem et qui uentrem sequeretur. ita lectis omnibus sermo terminatus est.

11 Pomeridiano autem die maior quam ante meridiem adfuit multitudo et usque ad horam, qua cum episcopo egrederemur, legebatur alternatim et psallebatur; nobisque egressis duo psalmi lecti sunt. deinde me inuitum, qui iam cupiebam peractum esse tam periculosum diem, iussum compulit senex, ut aliquid eis loquerer. habui breuem sermonem, quo gratias agerem deo, et quoniam in haereticorum basilica audiebamus ab eis solita conuiuia celebrata, cum adhuc etiam eo ipso tempore, quo a nobis ista gerebantur, illi in poculis perdurarent, dixi diei pulchritudinem noctis comparatione decorari et colorem candidum nigri uicinitate gratiorem. ita nostrum spiritalis celebrationis conuentum minus fortasse futurum fuisse iucundum, nisi ex alia parte carnalis ingurgitatio conferretur, hortatusque sum, ut tales epulas instanter appeterent, si gustassent, quam suauis est dominus; illis autem esse

2 I Petr. 4, 1—3

1 quam basilicam in qua non apparet *om. et in marg. m. 2 add.* X 3 uos eadem] utedem X 5 desi*it (n *eras.*) X a *in ras. m. 2* X carne, *sed* rne *super ras. m. 1* X 8 perficisse X 11 bona X 12 optatus X 14 sinceri*us X

Digitized by Google

metuendum, qui tamquam primum sectantur, quod aliquando destruetur, cum quisque comes efficiatur eius rei, quam colit, insultaritque apostolus talibus dicens: Quorum deus uenter, cum idem alio loco dixerit: Esca uentri et uenter escis; deus autem et hunc et illas euacuabit. nos proinde oportere id sequi, quod non euacuatur, quod remotissimum a carnis affectu spiritus sanctificatione retinetur. atque in hanc sententiam pro tempore cum ea, quae dominus suggerere dignatus est, dicta essent, acta sunt uespertina, quae cotidie solent, nobisque cum episcopo recedentibus fratres eodem loco hymnos dixerunt non parua multitudine utriusque *sexus* ad obscuratum diem manente atque psallente.

12 Digessi uobis, quantum breuiter potui, quod uos audire desiderasse quis dubitauerit? orate, ut a conatibus nostris omnia scandala et omnia taedia deus dignetur auertere. magna sane ex parte uobiscum requiescimus cum alacritate feruoris, quia spiritalis ecclesiae Tagastensium tam crebra nobis dona nuntiantur. nauis cum fratribus nondum uenit. apud Asnam, ubi est presbyter frater Argentius, Circumcelliones inuadentes basilicam nostram altare comminuerunt. causa nunc agitur, quae ut pacate agatur et ut ecclesiam catholicam decet ad opprimendas linguas haereseos inpacatae, multum uos petimus, ut oretis. epistulam Asiarchae misimus. beatissimi perseueretis in domino memores nostri. amen.

3 Phil. 3, 19  4 I Cor. 6, 13

5 euacuauit *X*  7 adque *X*  9 quae cotidie] quetidie (u *s. u. m. 1*) *X*  11 hymnus *X* hymnum *m; scripsi* hymnos  sexus *addidi e coniectura Maurinorum*  12 adque *X*  19 asnam *X et codex Maurinorum;* Hasnam *m.*

Digitized by Google

## XXX.

DOMINO FRATRI SANCTO ET UNANIMO AUGUSTINO PAULINUS ET THERASIA PECCATORES.

1 Iam dudum, frater in Christo domino mi unanime, ut te in sanctis et piis laboribus tuis nescientem agnoui absentemque uidi, tota mente complexus alloquio quoque familiari atque fraterno per litteras adire properaui. et credo in manu et in gratia domini sermonem meum ad te fuisse perlatum; sed morante adhuc puero, quem ad te aliosque dilectos aeque deo salutandos ante hiemem miseramus, non potuimus ultra et officium nostrum suspendere et desiderium sermonis tui cupidissimum temperare. scripsimus itaque iterato nunc, si priores ad te litterae nostrae peruenire meruerunt, aut primo, si illis in manus tuas perueniendi felicitas non fuit.

2 Sed tu, frater spiritalis omnia iudicans, amorem in te nostrum ne pendas officio solo aut tempore litterarum. dominus enim testis est, qui unus atque idem operatur in suis ubique caritatem suam, iam abinde nobis, ex quo te beneficio uenerabilium episcoporum Aurelii et Alypii per tua

15 I Cor. 2, 15  17 I Cor. 12, 11

*E* = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*K* = *cod. Casinensis* $232^{1}$ *s. XII.*
*(Paulini Nol. opera ed. Hartelius I p. 39—42)*

2 unianimo *EAK* Augustino *om. E* 3 etherasia *C* et tharasia *K* 4 frater *om. R* in domino christo *R* unianime *A* unanimę (, *eras.*) *P* unanimem *E* ut te] ////tę (in *aut* ui *eras.*) *P* 7 audire *MACP* (u *eras.*) *RK edd.* propaui, *corr. m. 1* properaui *M* immanu *K* et gratia *E* 9 aliusque dilectus *E* 10 miseramur, *m. 2* miseramus *E* miseratus, *m. 2* miseramus *C* et *m. 2 s. u. K* 11 copidissimo *E* 13 luterę *K* me|runt, *m. 2* meruerunt *M* aut (a *ex corr. m. 2*) *P* 14 facilitas *K* 15 diiudicans *E* 16 ne pendas] rependas *E* 17 unius *A* 19 aureli, *m. 2* aurelii *M* lypii, *corr. m. 1* alypii *M*

Digitized by Google

in Manichaeos opera cognouimus, ita inditam dilectionem tuam, ut nobis non nouam aliquam amicitiam sumere, sed quasi ueterem caritatem resumere uideremur. denique nunc etsi sermone, non tamen tamquam et affectu rudes scribimus teque uicissim in spiritu per interiorem hominem quasi recognoscimus. nec mirum si et absentes adsumus nobis et ignoti nosmet nouimus, cum unius corporis membra simus, unum habeamus caput, una perfundamur gratia, uno pane uiuamus, una incedamus uia, eadem habitemus domo. denique in omne, quod sumus, tota spe ac fide, qua stamus in praesenti, nitimur in futurum, tam in spiritu quam in corpore domini unum sumus, ne simus nihil, si ab uno excidamus.

3 Quantulum ergo est, quod absentia corporalis nobis inuidet nostri, nisi sane fructum istum, quo pascuntur oculi temporalium expectatores? quamuis ne corporalis quidem gratia temporalis in spiritalibus dici debeat, quibus etiam corporum aeternitatem resurrectio largietur, ut audebimus in uirtute Christi et bonitatis dei patris uel indigni praesumere. quare utinam hoc quoque nobis munus adnueret gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum, ut etiam in carne faciem tuam uideremus! non solum desideriis nostris magnum conferretur gaudium, sed etiam mentibus lumen adcresceret et ex tua copia locupletaretur inopia nostra. quod quidem et absentibus largiri potes hac praesertim occasione, qua filii

7 Rom. 12, 4—5; I Cor. 12, 12; 10, 17 7—9 = ep. XXXI, 3 med.

2 non nunc nouam *R* 3 ueterā *M* 4 sermone* *P* rodes (*m. 2* rudes) scribimus *P* ru descripsimus *E* rudes scripsimus *A* 5 uicissem, *corr.* (*m. 1?*) uicissim *E* in *om. R m* in spiritu *bis, alterum m. 2 del. M* intertiorem *K* 7 nosmet] nos et *E* sumus *AC* 8 habemus *E* perfundimus, *m. 2* perfundimur *E* 10 et nitimur *E* 12 ne simus] nescimus *MCK* (c *del. m. 2*) nihil *om. MA* (*m. 2 ante* simus *add.*) excitamus, *corr. m. 1* excidamus *K* 13 ñ bis, *m. 2* nobis *M* 14 fractum *M* 15 expectatores, *m. 2* spectatores *P* spectatores *E* nec *edd.* 16 spali *C* 17 largiretur *C* audemus *ER edd.* **Hartel.** 18 bonitate *ER edd.* indignum *P* 24 largire, *m. 2* largiri *E* potest *MA* (*postr. l. erasa*)

Digitized by Google

nostri unanimes et carissimi nobis in domino, Romanus et Agilis, quos ut nos alios tibi commendamus, in nomine domini reuertentur opere caritatis impleto. in quo tuae caritatis affectu specialiter utantur, rogamus. nosti enim, quam celsa promittat altissimus fratri fratrem adiuuanti. per hos, si quo me gratiae, quae tibi data est, dono remunerari uoles, tuto facies. sunt enim, uelim credas, unum cor et una in domino anima nobiscum. gratia dei tecum, ut est, in aeternum maneat, frater in Christo domino unanime, uenerabilis, dilectissime et desiderabilis. omnes in Christo sanctos, quales tibi cohaerere non dubium est, a nobis saluta. commenda nos omnibus sanctis, ut tecum pro nobis orare dignentur.

4 Prou. 18, 19 7 Act. 4, 32

1 unanimes (u *ras. ex* ai) *M* unianimes *EA* 2 agylis *R* alteros *edd praeter a e* 3 reuertem, *m. 2* reuertent̃ *P* opera *A* 6 remunerare *E* uolo *P* toto, *m. 2* ł cito *E* 7 anima in domino *signis m. 1 corr. M* 8 dñi *E* 10 dilectissime et desiderabilis *om. E* omnem *E* in christo *m. 2 s. u. K* sc̃m *E* sc̃s (o *m. 2 supra add.*) *K* 11 quoherere *C* dubii, *m. 2* dubium *P* nos—dignentur *om. E*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

**VOL. XXXIII.** S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. I. Retractationes et Confessiones. Ed. *P. Knoell.*

**VOL. XXXIIII.** S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. II. Epistulae. P. I. Praefatio. Ep. I—XXX. rec. *Al. Goldbacher.*

1 fl. 80 kr. = 3 M. 60 Pf.

**VOL. XXXV.** EPISTVLAE imperatorum et pontificum Romanorum aliorumque saeculis IV—VI datae, Avellana quae dicitur collectio. Ed. *Otto Günther.*

**VOL. XXXVI.** S. AVRELI AVGVSTINI Sect. III, 3 quaest. in Heptateuch., Adnot. in Iob. Ed. *Ios. Zycha.*

## Praeparantur:

AMBROSIVS. Ed. *C. Schenkl* et *M. Ihm.*

pars II: de Ioseph, de benedictionibus patriarcharum, de Helia, de Nabuthae, Apologia Dauid, Apologia altera, de interpellatione Iob et Dauid, de Tobia.

pars III: Commentarii in Psalmos.

pars IV: Commentarius in euangelium Lucae.

pars V: de officiis, Corpus de uirginibus etc., de paenitentia, de fide, de spiritu, de incarnatione.

pars VI: Epistulae. de excessu fratris, Orationes in Theodosium et Valentinianum.

pars VII: Ambrosiaster.

pars VIII: de bello Iudaico. Sermones. Hymni, Fragmenta etc.

pars IX: Indices.

ARATOR. Ed. *H. Schenkl.*

AVGVSTINVS. **Sect. I.** Contra academicos. De beata uita, De ordine, De musica, De magistro, De libero arbitrio, De moribus eccles. et de mor. Man., De uera religione, De grammatica, Principia dialecticae, Categoriae decem, Principia rhetorices, Regulae fragmentum, Regula secunda, De uita eremitica, Ars. Ed. *I. M. Stowasser.*

Soliloquia, De immortalitate animae, De quantitate animae, De genesi contra Manichaeos. Ed. *A. Holder.*

**Sect. III.** Enarrationes in psalmos. Ed. *M. Gitlbauer.*

De consensu euangelistarum, De sermone domini in monte habito. Ed. *F. Weihrich.*

Quaest. euangel. lib. II, Quaest. XVII in euangel. sec. Matth. lib. I., In Ioh. euang. tract. CXXIV., In epist. Ioh. ad Parth. tract. X., Exposit. quar. propositionum ex ep. ad Rom. lib. I., Epist. ad Roman. incoh. expos., Epist. ad Gal. exposit. lib. I. (Mign. XXXV., p. 1321—2148.) Ed. *A. Miodoński.*

De doctrina Christiana. Ed. *Nic. Mueller.*

**Sect. IIII.** Sermones. Ed. *E. Hauler.*

**Sect. V.** De ciuitate dei. Ed. *E. Hoffmann.*

De trinitate, Enchiridion, De catechizandis rudibus. Ed. *Nic. Mueller.*

De diuersis quaestionibus octoginta tribus liber, De diuersis quaestionibus ad Simplicium libri duo, De octo Dulcitii quaestionibus, De fide rerum quae non uidentur. (Mign. XL. p. 11—180.) Ed. *R. Kukula.*

De fide et symbolo, De fide et operibus, De agone christiano, De continentia, De bono coniugali, De sancta uirginitate, De bono uiduitatis, De coniugiis adulterinis ll. II, De mendacio, Contra mendacium, De opere monachorum, De diuinatione daemonum, De cura pro mortuis gerenda, De patientia (Mign. XL. p. 181—230, 349—626). Ed. *I. Egger.*

**Sect. VII.** Psalmus contra partem Donati, Contra epistolam Parmeniani, De baptismo contra Donatistas, Contra litteras Petiliani, Contra Donatistas epistola, Contra Cresconium Donatistam, De unico baptismo contra Petilianum, Breuiculus collationis cum Donatistis, Ad Donatistas post collationem, Sermo ad Caesareensis ecclesiae plebem, De gestis cum Emerito, Contra Gaudentium, *App.:* Sermo de Rusticiano subdiacono, Liber contra Fulgentium, Exc. et scripta ad Donat. hist. pertinentia (Mign. XLIII). Ed. *M. Petschenig.*

**Sect. VIII.** De peccatorum meritis, De spiritu et littera, De natura et gratia, De perfectione iustitiae, De gestis Pelagii, De

Digitized by Google

gratia Christi, De anima et eius origine, Contra II epist. Pel. (Mign. XLIV, p. 109—410, 475—638). Ed. *C. Vrba*.

De nuptiis et concupiscentia lib. II. (Mign. XLIV, p. 413—474). Ed. *I. Egger*.

Contra Iulianum haeresis Pelag. defensorem. (Mign. XLIV, p. 641—874). Ed. *H. Koebert*.

De gratia et libero arbitrio, De correptione et gratia, De praedestinatione sanctorum, De dono perseuerantiae, Contra sec. Iuliani resp. *App.:* Hypomnesticum contra Pelagianos. Lib. de praedestinatione et gratia, Lib. de praedestinatione dei. Varia scripta ad Pelag. hist. part. (Mign. XLIV, p. 881—992. XLV, p. 997—1793). Ed. *E. Kalinka*.

**Sect. VIIII.** Contra aduersarium legis et prophet. ll. II, Ad Orosium, Sermo Arrianorum, Contra sermonem Arrianorum, Collatio cum Maximino, Contra eundem, De haeresibus ad Quoduultdeum, De incarnatione, *App.:* Tractatus contra quinque haereses. (Mign. XLII, p. 603 sqq.) Ed. *Fr. Klein*.

ALCIMVS AVITVS. Ed. *Ant. Kunz*.

BOETHIVS. Ed. *G. Schepps* et *Ios. Zingerle*.

CASSIODORVS Ed. *F. Ladek* et *F. Perschinka*.

DRACONTIVS de deo libri III. EVGENIVS TOLETANVS, Verecundus, Pseudoiuuencus. Ed. *R. Peiper*.

EVCHERIVS. (II. pars.) Ed. *C. Wotke*.

FVLGENTIVS RVSPENSIS. Ed. *G. Wissowa*.

GAVDENTIVS. Ed. *A. Polaschek*.

HIERONYMVS. De uiris inlustribus (cum Gennadii libro de uiris inlustribus). Ed. *I. Huemer*.

Epistulae. Ed. *Is. Hilberg*.

Comment. in euang. Matthaei, Comm. in Pauli epistolas, Translatio homiliarum Origenis in Lucam. Ed. *P. Corssen*.

Commentarium in Ieremiam prophetam. Ed. *S. Reiter*.

Aduersus Iouinianum Vigilantium Iohannem Hierosolymitanum Rufinum Pelagianos et quae exstant in uol. XXIII, p. 13—589. Mign. Ed. *I. Koch*.

HILARIUS ARELATENSIS Ed. *C. Wotke*.

HILARIVS PICTAVIENSIS. (II. pars.) Ed. *A. Zingerle* et *H. S. Sedlmayer*.

ITINERA HIEROSOLYMITANA. Ed. *P. Geyer*.

IVLIANVS POMERIVS. Ed. *I. M. Stowasser*.

IVLIVS HILARIANVS. Ed. *Nic. Mueller*.

LACTANTIVS. (II. part. fasc. II.) Ed. *G. Laubmann* et *S. Brandt*.

LEONIS M. sermones. Ed. *A. Haberda*.

MAXIMVS TAVRINENSIS. Ed. *A. Swoboda*.

PACIANVS. Ed. *Nic. Mueller*.

PASCHASIVS. Ed. *A. Engelbrecht*.

PHILASTRII LIBER DE HAERESIBVS. Ed. *Fr. Marx*.

PROSPER AQUITANVS. Ed. *F. Ladek* et *F. Weigel*.

PRVDENTIVS. Ed. *I. Huemer*.

RVFINVS. Ed. *F. Wrobel*, *B. Niese* et *C. Boysen*.

TERTVLLIANVS. Ed. *A. Reifferscheid*, *E. Kroymann* et *G. Wissowa*.

Carmen Pseudotertullianeum adu. Marcionem. Ed. *A. Oxé*.

VALERIANVS CIMELIENSIS. Ed. *I. M. Stowasser*.

RVSTICIVS HELPIDIVS (de [illegible] Iesu beneficiis, historiarum testam. uet. et nou. tristicha). VICTORINVS (de Iesu Christo deo et homine, Carmen de prouidentia diuina et Carmen ad uxorem, uulgo Prospero Aquitano adscripta. Incerti auctoris laudes domini. Ed. *W. Brandes*.

VICTORINVS PETAVIENSIS. Ed. *I. Haussleiter*.

VINCENTIVS LERINENSIS. Ed. *Heinrich*.

Digitized by Google

BR 60 .C68 v.34, etc. C.1
S. Avreli Avgvstini Hipponiens
Stanford University Libraries
3 6105 038 024 001

CECIL H. GREEN LIBRARY
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6063
(650) 723-1493
grncirc@stanford.edu

All books are subject to recall.

DATE DUE

DEC 1 4 2004
MAR 2 9 2005

Digitized by Google

Digitized by Google